



**Testimonia Sacrae Scripturae, tum veterum ac recentium  
Doctorum, Christum esse nostram justiciam, item, quo?d  
solus Deus per Christum nos justificet, qui ideo e? cœlo  
descendit, ac in mund?[m] venit, ut nos peccato & morti  
obnoxios justificaret, ac faluos faceret.**

<https://hdl.handle.net/1874/423316>

# Testimonia

SACRAE SCRIPTVRAE,  
tum ueterum ac recentium  
Doctorum,

Christum esse nostram iu-  
sticiam:

I T E M,

QVO'D solus Deus per CHRIS TVM  
nos iustificet: qui ideo ē cœlo descendit,  
ac in mundū uenit, ut nos peccato & mor-  
ti obnoxios iustificaret, ac sal-  
uos faceret:

COLLECTA PER LEONAR-  
dum Culmannum Crayls-  
heimensem.

BASILEAE, PER IOAN-  
uem Oporinum.

# Einleitung

Die ersten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen

und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

Die nächsten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen  
Rechts und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

Die nächsten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen  
Rechts und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

Die nächsten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen  
Rechts und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

Die nächsten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen  
Rechts und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

Die nächsten vier Kapitel sind  
eine kurze Darstellung der  
Geschichte des Deutschen  
Rechts und der Entwicklung des  
Deutschen Rechts.

LEONARDUS CUL-  
mannus Ioanni Oporino  
suo S.



Alue plurimū Opō  
tine charissime. Ac  
cepī munera tua lāe-  
tiissimo animo, pro  
quibus tibi ingētes  
gratias ago. Et quia  
iuxta cōmune prouerbium, manus  
manum fricat; ideo munus pro mu-  
neribus tibi offero, ne sim ingratus.  
Habes hīc testimonia sacræ scriptu-  
re, tum etiam ueterum atq; neoteri-  
corū Theologorū sentētias, C H R I-  
S T V M I E S V M crucifixum esse  
nostram iusticiā, de qua re turbulē-  
ta iam est disputatio. per pauci enim  
sunt, qui, ut iuuenes Theologi, uerē  
iusticię definitionem norunt: necq;  
quid de iustificationis articulo do-  
cendum sit, sciunt. Adeò iuuenuli  
theologi iam cathedras occupant,  
qui quod illis lubet, dicūt: nihil hic

nisi clamores, calumnias & inuecti-  
uas proferunt, sine ullo auditorū re-  
spectu, ex magna animi acerbitate  
odio & inuidia: qui ut non gloriam  
Dei, ita neq; etiam Ecclesię ædifica-  
tionem querunt, sed uētrem, sua in-  
quam querunt. Vnde etiam illa na-  
scitur uulgi securitas, peruersa ho-  
mīnum uita, contemptus uerbi Dei  
& eiusdem ministrorū, & recte qui-  
dem: quia, ut sunt prophetę, aut sa-  
cerdotes, ita plebs est: & ita offen-  
duntur & corrumpuntur tum ciues,  
tum rustici. In summa, omnia iam  
languent, omnia frigent, tum cha-  
ritas, tum fides, ne dicam Christia-  
na, sed politica: nulla fides, pietasq;  
nulla est. Ideo retinenda est nobis sa-  
na doctrina, præsertim de iusticia iu-  
stificante & saluante, qua constare  
possimus coram iudicio Dei. Papi  
ste illam planè nesciunt: nostri noui  
Schuuirmerij illam, Dei inquam iu-  
sticiam (quę est C H R I S T V S I E S V S  
uerus Deus & homo, passus, mor-  
tuus,

5

tuus, & resuscitatus, fide apprehensus, à Deo patre nobis factus iustitia) adimere, obfuscare, & falsare uolunt, qui nescio quo iusticias singūt, homines inconstantissimi. At nobis solatio est C H R I S T I p̄eceptoris nostri p̄esagiū, qui hæc omnia p̄edixit futura. tum etiam uir ille Dei reuerendiss. D. Doctor Martinus Lutherus, pia & perpetua memoria dignissimus, p̄euvidit, admonuit, docuit atq; prescripsit: adde etiam D. nostrū Philip. Melanthonē, his turbulentis rebus atq; temporib. plurimum affici moerore. Sed quid sit: nihil plane, tantū emendatur mūdus, quantū ludei tēporib. Hieremiq; prophete, atq; etiā omnium prophetarum. Ideo nobis diu noctuq; orandum, ut Deus omnipotens nos infide & uerbo eius conseruet, nosq; per Christū suo Sp̄iritu sancto confirmet, quo perseveremus fortiter in finem usq; uitę nostrę, & saluemur. Amen. Norimberge, 1555.

TESTIMONIA SA=

CRAE SCRIPTVRAE, QVO'D

Christus solus nostra  
salus.



Genes. 3. Ipsum semen mulieris con-  
teret caput serpentis.

Genes. 26. In semine tuo benedi-  
centur omnes gentes terræ.

Esa. 49. Dedi te in lucem gen-  
tium, ut sis salus mea usq; ad extremum terra.

Matth. 1. Et uocabis nomen eius Iesum. Is enia  
saluum faciet populum suum à peccatis.

Luc. 2. Euangelizo uobis gaudium magnum,  
quia natus est uobis hodie seruator, qui est Chri-  
stus Dominus, in ciuitate David.

Io. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Ioan. 3. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium  
suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in  
eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Ioan. 4. Pater misit filium suum, salvatorem mundi.

Ioan. 14. Ego sum, uia ueritas & uita. Nemo ue-  
nit ad patrem, nisi per me.

Rom. 8. Etenim quod lex præstare nō poterat,  
ea parte qua imbecillis erat per carnē, hoc Deus  
proprio.

Proprio filio misso sub specie carnis peccato obnoxiae prestitit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem, ut iustificatio legis impletur in nobis.

<sup>1</sup>. Corinth. 1. Iesus Christus factus fuit nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio et redēptio.  
<sup>1</sup>. Corinth. 3. Aliud fundamentum nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus.

Act. 4. Non est in alio quoquā salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri.

<sup>1</sup>. Ioan. 1. Et sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.

<sup>1</sup>. Ioan. 2. Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

<sup>1</sup>. Ioan. 3. Et scitis quòd ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, et peccatum in eo non est.

<sup>1</sup>. Ioā. 3. Ad hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat operā diaboli.

<sup>1</sup>. Ioā. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quòd filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum.

<sup>1</sup>. Ioan. 5. Et hoc est testimonium, quod uitam eternā dedit nobis Deus, et hæc uita in filio eius

est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium, uitam non habet.

i. Timoth. i. Iesus Christus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret.

Ex his locis sacræ scripture certū est, nos Dei misericordia, absq; nostro merito atq; opere, per solū Iesum Christū Dei filiū, redimi a maledicio ne legis, recōciliari Deo, accipere remissionem peccatorū, iustos reputari, illuminari, sanctifica ri, seruari, uitā aeternā ac salutē cōsequi. Placuit enim Deo, cuius pura misericordia seruamur, per unū ac solū I E S V M C H R I S T V M saluos nos facere. In eo solo proposuit salutē, qui ex solo est nobis aeternae uitae et salutis author. Nihil est etiā præter Christum, quod possit cōferre remissionem peccatorum, iustitiam, uitam ac salutem: ex qui salutē aliunde expectat, quam ex solo Iesu Christo, nunquam saluus fiet.

Vnius Iesu Christi obediētia, passio & mors, est uictima et preciū, quo à peccatis emundamur credentes.

Esa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Rom. 4. Christus traditus fuit propter peccata nostra, ex excitatus est propter iustificatiō nem nostri.

LUC. 9.

*Luc. 9. Filius hominis non uenit ad perden-  
dum animas hominum, sed ad seruandum.*

*Rom. 5. Christus enim cum adhuc essemus infir-  
mi iuxta temporis rationē, pro impijs mortuus est.*

*Gal. 3. Christus redemit nos ab execratione le-  
gis, dum pro nobis factus est execratio.*

*Gal. 4. Vbi uenit plenitudo temporis, misit  
Deus filium suum, factum ex muliere, factum legi  
obnoxium, ut eos qui legi erant obnoxij, redime-  
ret, ut adoptione ius filiorum acciperemus.*

*Rom. 5. Sicut per unius delictum propagatum  
est malum in omnes homines, ad condemnatio-  
nem ita & per unius iustificationē, propagatur  
bonum in omnes homines, ad iustificationē uite.*

*Tit. 2. Saluator I E S V S C H R I S T V S  
dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab om-  
ni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum pe-  
cularem, sectatorem bonorum operum.*

*1. Timoth. 2. Unus Deus, unus etiā cōciliator  
Dei et hominū, homo Christus I E S V S, qui de-  
dit semetipsum preciū redēptionis p omnib. etc.*

*1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis passus fuit,  
iustus pro iniustis, ut nos adduceret Deo, &c.*

*Heb. 9. Christus semel oblatus, ut multorū pec-  
cata tolleret, rursus absq; peccato conspicietur,  
ijs qui illum expectant in salutem.*

*1. Ioan. 1. Sanguis I E S V C H R I S T I filij  
a s eius,*

eius, emundat nos ab omni peccato.

Rom. 8. Deus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, &c.

Manifestum est itaq; ea beneficia sub iustifica  
tione comprehendendi, quæ sua obediētia, passione,  
morte & resurrectione meruit, & quæ sue ec-  
clesi.e consert, & ecclesia per fidem in Christum  
consequitur.

Iusticia & salus nostra Christus est,  
qui in illum fudit, saluus fit fide.  
namq; in eo apprehendit  
iustitiam Dei.

Esa. 53. Seruus meus iustus, iustificabit multos  
noticia sui. ipse enim portat peccata ipsorum.

Esa. 45. Deus iustus et saluās nō est preter me.

Esa. 50. Propè est salus mea ut ueniat, & iusti-  
cia mea ut reueletur.

Esa. 51. Propè est iustus meus, egressus est salua-  
tor meus.

Esa. 54. Hec est hereditas seruorum Domini,  
& iusticia eorum à me.

Esa. 62. Propter Siō nō tacebo, et propter Hie-  
rusalē nō silebo, donec egrediatur sicut splendor  
iusticia eius, et salus eius sicut lāpas exardescat.

Hier. 23. Ecce dies uenient, dicit Dominus, &  
fuscitabo David germē iustum, & regnabit rex,  
& sapiens

¶ sapiēs erit, & faciet iudiciū et iusticiā in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, et Israel habitabit cōfidenter. Et hoc est nōmē, quod uocabūt eum,

### D OM IN V S IV STICIA N O S T R A.

Hier. 33. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & suscitabo uerbū bonum, quod locutus sum ad dominum Israel, & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tēpore illo, germinare faciā David germē iusticie, & faciet iudicium et iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Hierusalē habita bit cōfidenter. Et hoc est nōmē quod uocabūt eū,

### D OM IN V S IV STICIA N O S T R A.

Daniel. cap. 9. Septuaginta hebdomades ab- breuiat̄ sunt super populum tuum, & super ur- bēm sanctam tuā, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniqui- tas, & adducatur iusticia sempiterna.

Zach. 9. Exulta satis filia Siō, iubila filia Hieru salē. Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & saluator.

Malachiæ 4. Et orietur uobis, timentibus no- men meum, Sol iusticie, & sanitas in pennis eius: egrediemini, & salietis sicut uituli de armento.

Psal. 4. Deus iusticie meæ.

Psal. 5. Domine deduc me in iusticia tua.

Psal. 21. Annuciabitur Domino generatio uen- tura, & annunciarunt cœli iusticiam eius, pa- pulo qui nasceretur, quem fecit Dominus.

Psal.

Psal. 30. In iusticia tua libera me.

Psal. 33. Iusticia tua sicut montes Dei. Item:  
Iusticiam tuam his qui recte sunt corde.

Psal. 39. Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia  
magna, ecce labia non prohibeo, Domine tu sci-  
sti. Iusticiam tuam non abscondi in corde meo,  
ueritatem & salutare tuum dixi.

Psal. 70. In iusticia tua libera me, et eripe me,  
Os meum annunciat iusticiam tuam, tota  
die salutare tuum.

Domine memorabor iusticie tue solius.

Sed ex lingua mea tota die meditabitur iusti-  
ciam tuam.

Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iusti-  
ciam tuam filio regis.

Psal. 95. Annunciauerunt coeli iusticiam eius.

Psal. 97. Notum fecit Dominus salutare suum:  
In conspectu gentium reuelauit iusticiam suam.

Psal. 102. Et iusticia illius in filios filiorum, his  
qui seruant testamentum eius.

Psal. 118. Iusticia tua, iusticia in eternum.

Prover. 10. Iusticia liberat à morte.

Matth. 5. Nisi abundauerit iusticia uestra plus  
quam scribarum & phariseorum, &c.

Ioan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de  
iusticia: quia ego uado ad patrem.

Rom. 1. Iusticia Dei per Euangelium patefit  
ex fide

*ex fide in fidem.*

Rom. 3. *Iusticia Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes eos qui credunt.*

Rom. 4. *Iustificamur sola fide in Christum, exemplo Abrahæ, qui credidit Deo promittenti semen benedictum, Christum scilicet, & imputatum est ei ad iusticiam.*

Rom. 10. *Perfectio legis Christus, ad iusticiam omni credenti.*

Rom. 10. *Corde creditur ad iusticiam.*

1. Corinth. 1. *Ex eodem autem uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iusticiaq; & sanctificatio, & redemptio.*

1. Corinth. 6. *Atq; hæc eratis quidam: sed abli-  
ti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per  
nomen Domini Iesu, & spiritum Dei nostri.*

2. Corinth. 5. *Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur  
iusticia Dei in illo, uel per illum.*

Rom. 8. *Deus est qui iustificat.*

2. Corinth. 5. *Deus erat in Christo, mundum  
sibi reconcilians.*

Rom. 5. *Sicut per unius delictū propagatum  
est malum in omnes homines, ad condemnationem:  
ita & per unius iustificationem propagatur bonum in omnes homines, ad iustificationem uite.* Item:

*Quemad-*

Quemadmodū enim per inobedientiā unius  
hominis peccatores constituti fuimus multi, ita  
per obedientiam unius iusti constituentur multi.

Galat. 2. Quoniam scimus non iustificari homi-  
nem ex operibus legis, nisi per fidē Iesu Christi:  
Et nos in Christum Iesum credimus, ut iustifice-  
mur ex fide Iesu Christi.

Gal. 3. Ut promissiō spiritus acciperemus  
per fidem. Item:

Vt promissio ex fide Iesu Christi daretur cre-  
dentibus.

Lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex  
fide iustificaremur.

Philip. 3. Vt reperiār in Christo non habens  
meam iusticiā ex lege, sed eam quae est Christi iu-  
sticiam per fidē, quae est ex Deo super fide.

Act. 12. Notū sit uobis uiri fratres, quod per  
hunc Christum, quem Deus suscitauit à mortuis,  
annunciatur uobis remissio peccatorum: et ab  
omnibus, à quibus non potuisti per legem Moi-  
si iustificari, per hunc omnis qui credit iu-  
stificatur.

2. Pet. 1. Simeon Petrus seruus et apostolus  
Iesu Christi, his qui æquè preciosam nobiscum  
sortiti sunt fidem, per iusticiam Dei nostri, et  
seruatoris Iesu Christi.

Hic loci omnes clarissimè affirmat, solius Christi  
Iesu

15

I*hesu filij Dei iusticiam, in conspectu Dei ualere,*  
e*amq; assequi unā cum beatitudine, credentes in*  
*Christum mortuum & resuscitatum. Qui enim*  
*firma fide credit, Christū uerum uiui Dei filium*  
*pro se incarnatum, crucifixum, mortuum, ex*  
*resuscitatum, sanguineq; suo ipsum lauisse à pec-*  
*catis, & reconciliasse Deo patri: hoc qui credit,*  
*iustificatus est, & habet intra se uitam, ipsum*  
*Christi spiritum uiuificantem, iusticiae & redens*  
*ptionis uirtutem: adeoq; sentit in se uiuentē Chri-*  
*stum, ac uiuit ipse in Christo.*

*Ita sacra Scriptura tribuit in uniuersum glo-*  
*rīa iustificationis Christo, & gratia Dei: nō ui-*  
*ribus, operibus aut meritis nostris. Quod enim*  
*iustificamur, uiuificamur ex beamur, non est no-*  
*stri meriti, sed meri beneficij Christi. Eatenus au-*  
*tem uiuificamur, quatenus fide recipimus Chri-*  
*stum, qui sanguine suo nos abluit, patri reconcil-*  
*iat, suo spiritu imbuit, ac totus in nobis uiuit,*  
*quo & nos uiuamus in eo.*

*Est ergo iusticia, quæ coram Deo ualeat, &*  
*qua apud Deū iusti iudicamur, ex Christo: eaq;*  
*gratis fit nostra per fidē, quæ ex offertur & do-*  
*natur uniuerso mundo in Christo, qui legi satisfe-*  
*cit, & Deum placauit, eaq; fide apprehenditur.*  
*Et hæc iusticia uocatur Dei iusticia, quæ est in*  
*Christo: qui cum recipit, qui ei fide adhæret: ille*  
*iusticians*

iusticiam absq; suo merito , gratis, sola fide accipit in Christo, sicut & promissa Dei hereditas sola fide accipitur.

Ab apostolo Paulo nonnunquā iusticia Dei ea dicitur, nō qua ipse iustus sit, sed qua nos in Christo per fidē iustos reddit: hoc est, qua nos liberat à peccatis nostris, per suam gratiam, bonitatem & misericordiam.

### DEFINITIO IVSTICIAE, seu iustificationis.

Iusticia Dei, est bonitas Dei, peccatis mortaliū ignoscens, non puniens.

Iusticia Dei est, qua nos liberat à peccatis nostris, per suam gratiā, bonitatē & misericordiā.

Iustitia nostra est, remissio seu cōdonatio iniusticie nostrae.

Christiana iusticia est fiducia in filiu Dei, seu fiducia cordis per Christum in Deum, quæ fiducia imputatur ad iusticiam propter Christum.

Iustificatio est peccatorum remissio, parta per sanguinem Christi.

Iustificari est, non iudicari, à peccatis absolui, ac pro iusto haberi.

Iustificatio nostri gratis fit, fide per misericordiam Dei propter Christum.

Iusti sumus, non quidē quia agimus, sed quia patimur

patimur operantem in nobis spiritum Dei.

Vocatur proprie*t* iusticia, probitas illa, quā Germani frūkeit dicimus: uocatur singularis quedā animi probitas et bonitas. Vnde iustus uocatur uir bonus, & equus, p̄bus, humanus, eīm gerechter frūmer mān: qualis fuit Noe, Hiob, Daniel, Simeon.

Iusticia Dei est Christus, qui solus est nostra iusticia coram Deo: extra enim Christum nulla est iusticia.

Christiana iusticia est, Christus fide apprehensus, & in corde habitans, propter quē Deus nos reputat iustos, & donat uitam æternam.

Iusticia Christiana est ea scilicet, qua Christus in nobis uiuit.

Iusticia Christiana seu spiritualis est, que in cordib. hominū sedē habet, cuius effectus est pax.

Vera iustificatio est, quando certus sum per fidem, semen benedictū habitare in me, per quod me benedico. Nec dubitandum est, aut sentendum, benedictionē illam esse nihil, aut ociosam: Semen enim Abrahæ non sinit me esse inutilem, sed plenum fructibus.

Quicunq; credit uerbo Dei, ut Abraham, iustus est coram Deo.

Iusti sumus coram Deo, non nostra iusticia, que est polluta: sed iusticia Christi fide accepta, que fides credit nos esse iustos morte & merito

b Christi,

Christi, qui ideo nobis factus est iustitia, ut nos  
efficeremur iusticia Dei in illo.

Sicut Christus iustus est, ita Christiani per  
ipsum iustificantur, id est, iusti sunt, qui est da-  
tor iusticie et uitae eternae.

Iusti sumus non propter fidei dignitatem in se-  
sed propter bonitatem Dei fidei apprehensam.

David uocat iusticiam Dei nonnunquam probita-  
tem illam, quam Germani frumkeit dicimus.

Iusticia Dei est etiam, qua quod rectum et ius-  
tum est defenditur, et iniustum punitur.

Iusticia Dei est, qua innocens custoditur, re-  
bellis disperditur.

Iusticie Christianae definitio est, cognoscere  
Christum. Sola enim Christi noticia iustificat, hoc  
est, liberat a peccato et morte. Et haec noticia  
Christi est fides, qua apprehenditur Christus  
in corde.

Iusticia, qua iustificamur et saluamur, est a  
Deo, qui est filius uerae iusticie: immo ipsissima iu-  
sticia, que per Christum contingit credentibus.

#### SENTENTIAE DE IUSTI- CIAE DEFINITIONE.

Solus Christus est nostra iusticia coram Deo:

Nulla iusticia extra Christum.

Solus Christus est praeco et dator iusticie. Cita-

Solus Christus est nostra lux, gloria, iusticia et

EXTRA

Extra Christū nulla lux neq; iusticia. (cātūr.  
 Christus est iustus, et Christiani p ipsum iustifi  
 Solus Christus est rex iusticie, uite et pacis ēter  
 Iusticia nostra est extra nos, in Christo. (n.e.  
 Gloria iustificatiōis est solius misericordiæ Dei.  
 Iusticia in uerbo promissa est ēterna. (lunt.  
 Omnes errāt, qui extra Christū iustificari uo-  
 Fundamentū totius ecclesiae, Christus iustificās  
 Iusti sumus propter iusticiā Christi. (impios.  
 Christus Dei filius ex mera gratia & miseri-  
 cordianos iustificat.

Sola fide in Christum iustificamur.  
 Fides in Christum est nostra iusticia.  
 Christus est Deus iustus & saluans. Iustus,  
 quod assert iusticiā: Saluator, quod saluat.  
 Iusticia Dei, qua iustificamur & saluamur, nō  
 intelligi debet ea quae inclusa in Deo manet, sed  
 que se in homines diffundit: sicut Paulus ait ad  
 Rom. cap. 3. Prēterea hāc iusticiā Petrus 2. cap.  
 1. communiter Deo et Christo attribuit, quae ex  
 Deo manat, per Christum autem ad nos usq;  
 desfluit. nos hanc Euangelio prēdicatam & obla-  
 tam, fide accipimus, & possidemus.

Iusticia primitiua amissa per peccatū, redit p  
 Christū. Christus enim de cœlo uenies, attulit ue-  
 ram iusticiam lapsu hominis amissā, quae est ius-  
 ticia Dei, quam sibi soli non reseruat, sed con-  
 b    a                      municat

20

unicat alijs, hoc est in ipsum credētibus. Pater enim dedit filio omne iudicium, ut qui credit in Christū, nō ueniat in iudicū, sed habeat uitā eternā. Dedit pater quoq; filio omnē iusticiā, ut nemo iustificetur nisi per filiū, modō in illū credat, qui est finis legis ad iusticiam omni credenti.

Manet ergo fundamētū hoc firmū et solidū, etiam cōtra inferorū portas, Christū solū esse iusticiā ac salutē nostrā: et Deū propter Christū mediatorē, placatorē et pontificē nostrū, nostri misereri, et nos diligere, exaudire, recipere et saluare: qui in illū Iesum Christū fidit et credit, saluus fit fide. Nāq; in eo apprehēdit iusticiā Dei.

### Iusticia Dei est duplex:

#### Iudiciaria, et saluatrix.

Iusticia Dei saluatrix est, qua nos miseros et damnatos peccatores respicientes liberat à peccatis nostris persuam gratiam, fide in Christum. Exempla huius sunt, Dauid, Petrus, Latro, et alij.

Vnde Iesus Christus filius Dei, factus est à Deo patre nobis iusticia, ut sua obedientia, passione, effusione sanguinis, morte et resurrectiō liberaret à peccatis, diabolo, morte, inferno et damnatione.

Iusticia iudiciaria est, qua Deus, utpote iustus iudex, punit peccatores impios, et contēptores gratiæ Dei, qui gratiam Christi respuunt, quæ in impie-

*in impietate & destinata malicia sine omni resi-  
piscientia peccatis student.*

*Et ita duplex est iusticia Dei. Una, qua meritum  
supplicii sumitur de reprobis: alia est iusticia bo-  
nitatis et misericordiae, qua peccatis pœnitentium  
ignoscitur. Prior dicitur iusticia iudicaria, puni-  
ens peccatores: huius exempla sunt, Pharao, Sena-  
cherib, Olofernes, Saul, Iudas, & alij.*

*Alia diuisio iusticie.*

*Iusticia alia est fidei, qua uidelicet Christi me-  
rito, quod per fidem nobiscum comunicatur, iu-  
stificatur: id est, remissionem peccatorum con-  
sequimur, heredesque efficimur uitæ æternæ.*

*Alia iusticia est, quæ ex fide enascitur. Nā iu-  
stitia ex fide uiuit. Porro iustus operatur iusticiam,  
sicut Ioannes ait.*

*Alia diuisio iusticie.*

*Una iusticia est cœlestis, ex fide in Christum.  
Christus enim de cœlo uenit, & attulit ueram  
iusticiam & innocentiam, quæ est iusticia Dei,  
qua homo intus purus est & sanctus, & ex cor-  
de operatur bonum. Hic donat Deus per filium  
suum, & spiritum eius.*

*Alteram iusticiam sita in externa conuersatio-  
ne, & coram hominibus ualeat, in operibus, qui-  
bus fidem & iusticiam nobis per Christum do-  
natam exercemus.*

Scriptura enim ostēdit, iustificationē fidei duplē finē habere. alterū esse, ut salvi fiamus, frua-  
murq; eterna uita ac beatitudine: alterū, ut iuste-  
piè, & sobriè in hac uita uiuamus, ad glorifica-  
tionem nominis Dei, & ad utilitatem proximi.

Simul etiam ostendit, Christū duplice causa  
mortuum esse. Primo, ut nos redimeret à pecca-  
to, & eius poena: secundo, ut in redemptis uete-  
rem depravatam naturam interimeret, extingue-  
ret in eis malitiosam huius seculi naturam, rege-  
neraret eos, & nouam excitaret.

Deus enim in Christo nobis largitus est duplex  
beneficiū. Unū est, cū nobis gratis remittere pec-  
cata: alterū est, cum in nobis renouare ueterem  
naturam, qua renouatione idonea reddatur ad  
præstandam obedientiam diuinis mandatis.

TESTIMONIA VETERVM DO-  
ctorum ecclesiae, Christum esse  
nostram iusticiam.

Irenæus lib. 4. cap. 27.

**Q**uid autem erat plus? Primo quidē in pa-  
trem, sed & in filiū eius iam manifesta-  
tum, credere. Hic est enim, qui in communionem  
& unitatem Deo hominem Domino ducit.

Idem lib. 4. cap. 51.

Iusticia saluat propter suam participationē:  
Basilius

## Basilius Magnus.

Vera namq; iusticia Christus est, qui nobis ex  
Deo factus est & sapientia & iusticia, & sancti-  
ficatio & redemptio.

Origenes in 5. homelia in Esaiam.

Ait prophetes, esse Christū uiuentem iusticiā;  
& putabamus ab Apostolo solū dictū esse, quia  
Christus sit iusticia & sanctificatio, & redem-  
ptio & sapientia. Forte autem & Apostolus in-  
strutus à prophetis, nouit animalē esse iusticiā,  
& uiuentem. Quae est ista iusticia? Vnigenitus  
Dei. Quia autem non solum ab Apostolo ortum  
est, Christum esse iusticiam, & uiuentem & sub-  
sistenter iusticiā: sed inuenies & à propheticis  
sermonibus hoc nobis mysterium exhibitū, &c.

Idem in epist. Pauli Rom. 3.

Videamus nūc quæ iusticia sine morali lege ma-  
nifestetur. Idē apostolus Paulus dicit de Christo,  
quia factus est nobis sapiētia à Deo, & iusticia.  
Hec ergo iusticia Dei, quæ est Christus, manife-  
statur, sine quidem lege naturali, non tamen sine  
lege Moysi & prophetarum: dat enim ei testi-  
monium lex.

Idcirco iusticia Dei per fidem Iesu Christi ad  
omnes perueniens, qui credunt, siue Iudei, si-  
ue Græci, purgatos eos à prioribus sceleribus in-  
stificat, & capaces facit glorie Dei: & hoc non

*ex meritis eorum: nec pro operibus facit: sed gratia  
gloriam praestat.*

Augustinus lib. 1. cap. 15. de peccatorum  
meritis & remissione.

*No tamē, inquit, est aliqua iustitia, præter Christum: sicut aliqua peccata, præter Adam.*

Idem in epist. Pauli 1. Cor. 1.

Ea porrò iusticia quæ uiuit in seipsa, Deus est,  
qui proculdubio atq; incommutabiliter uiuit. Si-  
cūt autem cum sit in seipsa uita, etiam nobis sit  
uita, cum eius efficiamur ut cung; participes: ita  
cum in se ipsa sit iusticia, etiam nobis sit iusti-  
cia, cum ei coherētes iuste uiuimus. Et tanto ma-  
gis minus ue iusti sumus, quanto illi magis mi-  
nusq; coheremus.

Vnde scriptū est de unigenito filio Dei (cum  
sit utiq; patris sapientia atq; iusticia, & semper  
in se ipsa sit) quod factus sit nobis à Deo sapien-  
tia & iusticia, &c.

Et planè ille summus Deus uera iusticia, uel  
ille uerus Deus summa iusticia, quam profectō  
esurire & sitire debemus: ea nostra est in hac  
peregrinatiōe, iusticia: & qua postea saturari spe-  
ramus, ea nostra est in æternitate plena iusticia.

Idem 1. Cor. 3.

Nam si scirent homines huiusmodi, qui nolunt  
esse nisi homines, quemadmodum Christus cruci-  
fixus

fixus sit nobis factus sapientia à Deo & iusticia,  
& sanctificatio & redemptio, &c.

Idem in epist. Pauli ad Rom. cap. 5.

Diabolus fuit superandus non potentia Dei,  
sed iusticia. Quae est igitur iusticia, qua uictus  
est diabolus? Quae est, inquam, nisi iustitia Iesu  
Christi, qui nullum peccatum habuit, qui & à  
diabolo iniustissime occisus est? postea uictus est  
diabolus potētia Christi, quia reuixit mortuus,  
nunquam postea moriurus.

Idem in 2. Corinthi. 6. Eum qui non  
nouerat peccatum.

Hec est illa iusticia Dei, non qua ipse iustus  
est: sed qua nos ab eo iusti facti, qua nos ex eius  
gratia iusti sumus, ut ipsa iusticia eius nos simus,  
cum iuste uiuimus, credentes in eum qui iustifi-  
cat impium: non illa, qua ipse iustus est æterna  
sua & incommutabili iustitia.

Hæc itaq; iusticia, qua nos Dei munere iusti  
sumus, significatur in Psalmo 35. ubi scriptum  
est: iusticia tua sunt montes Dei. Montes quip-  
pe Dei sancti eius sunt, de quibus Psalmo 71. di-  
citur: Suscipiant montes pacem populo tuo.

Et illa ergo salus gratuita est, de qua psalmo  
3. dicitur: Domini est salus, & super populum  
tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur,  
Domini est salus: non ea salus intelligitur, qua

Dominus saluus est: sed quia hi salui sunt, quos  
ipse saluos fecit.

Sic cum legitur iusticia Dei, non est illa intel-  
ligenda, qua Deus iustus est, sed qua iusti homi-  
nes sunt, quos gratia suā iustificat. Inde enim sal-  
ui, unde iusti: quoniam quod ait, nō est opus sanis  
medico, sed malè habētibus: exposuit consequen-  
ter dicens, nō ueni uocare iustos, sed peccatores.

Hæc iusticia Dei, qua eius fideles iusti sunt, inte-  
rim uiuentes ex fide, donec perfecta iusticia per-  
ducantur ad speciem, sicut salute perfecta, etiam  
ad ipsius corporis immortalitatem.

Idem epist. ad Rom. 1. cap.

Hæc est iusticia Dei, qua in testamento ueteri  
revelata, in nouo reuelatur: qua ideo iusticia Dei  
dictitur, quod impertiendo eam iustos facit: sicut  
Domini est salus, qua saluos facit. Et hæc est fi-  
des, ex qua, et in quam reuelatur, ex fide annun-  
ciantium, in fide obedientium: qua fide Iesu Chri-  
sti, id est, quam nobis contulit Christus, credimus  
ex Deo nobis esse, plenusq; futurum esse, quod  
iuste uiuimus, &c.

Summa, iustificamur in solo Christo, qui est  
iusticia uera per fidem, sine operibus, gratis. Est  
enim donum Dei, nos esse iustos: & nostra iusti-  
ficatio est à solo Christo, qui ut pote uerus Deus  
& homo, iustificat impios.

D. AM-

D. Ambrofius,

Iusticiam Dei uult eam esse, qua nos Deus iustificat: quæ iusticia eius dicitur, quia promissa sua hac præstat. Hæc reuelatur Euangelio, dum donatur fides homini, per quam iustificatur.

D. Chrysostomus,

Iustitiam Dei intelligit, quam Deus nobis donat: tum quia Deus hanc donat, & donat ex gratia benevolentia, nullis ea constat nostris labibis, obtinetur fide.

Theophylactus in Ioan. cap. 16.

Spiritus sanctus arguit mundum, qui priuatus est iusticia, qui non credit in iustum Iesum, cum qui propter iustitiam assumptus est in cœlis.

Zmaragdus in postilla sua, super ca. Ioā. 16.

Iusticia discipulorū Christus erat, quod Domini num, quem uerum hominem cernebant, uerum quoq; Dei filium esse crediderunt: & quem sibi corporaliter ablatum nouerant, certo semper amore colebant. Iusticia cæterorum fidelium, id est, eorum qui Dominum in carne non uiderunt, Christum, Deum & hominem uerum, corde credunt & diligunt.

Scapulensis in Ioan. cap. 16.

Spiritus sanctus arguet mundum de iusticia, quam perdidit: quia filius Dei, qui est iustitia Dei, iusticia summa, iusticia æterna, ab ipsis ad patrem

patrem ascendit, nec unquam amplius præsentiam eius in mundo, ut doceat, sint uisuri.

Idem in 1. cap. epist. ad Rom.

Iusticia Dei Christus dominus est, qui in Euangelio reuelatur ex fide in fidem, ad salutem omnium credenti: id est, ut ex euangelij fide consequatur uitam æternam.

Oecumenius 1. Corinth. 1.

Deus efficit nos filios suos per Iesum Christum, qui Christus (inquit) factus est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio atq; redemptio: id est, qui fecit nos sapientes, iustos, sanctos & redemptos.

Sebastianus Munsterus in commentariis  
Bibliorum, psal. 110.

Non inuenimus hominem, etiam prophetam, cuius prophetata sit natiuitas ante natuitatem patris & matris sue, nisi Meschiam iusticiam nostram.

Idem in Matthæum hebraicum.

Apud Euangelistas scribitur absolute Iesu, quod ipse sit salus ipsa, sicut & sapientia atq; iusticia ipsa uocatur. Saluat enim nos à peccatis nostris, iustificat nos, & sapientiam prestat parvulis.

Summa summarū: Solus Christus est omnium seculorum, & sanctorum ab exordio mundi ad finem

finem usque iusticia et sanctificatio.

Solus Christus est iustus, immo ipsa iustitia, quae peruenit per fidem Iesu Christi in omnes credentes.

Omnis sumus peccatores, extra Christum: nisi sola fide passi et suscitati Christi, omnes iustificamur.

Nos certò statuere debemus, nostram capitalem, rotundam et perfectam iusticiam esse Christum: qui in hunc credit, non pudebit.

Iusticia nostra Christus est, quem fide apprehendimus: irreprehensibilis est à lege, ideo à lege non potest accusari: donec in illo hæremus, spiritu ducimur, et à lege liberi sumus.

### D. Martinus Luther, de nouissimis uerbis Dauidis.

De hac æternitate regni Messiae sepe alias idem Esaias meminit, ut cap. 51. Attendite ad me popule meus, audite me ciues mei, quia à me exibit lex, et iudicium meum stabit in lucem populorum: propè est iusticia mea, et egressa est salus mea. Et paulo post: Salus mea in sempiternum erit, et iusticia mea non deficiet.

Hæc est scilicet illa æterna iusticia, de qua ex Daniel cap. 9. uaticinatur: Septuaginta hebdomades præcisæ sunt super populum tuum, ut ue-

hiat iusticia perpetua, & ungatur sanctus sancto  
rum.

Hæc iusticia est ipse Messias, ut Hebrei veteres  
omnes interpretantur (et usitata uersio in Esaiæ  
dicto, Iustus meus & saluator meus.) Sed cum e-  
terna iusticia & salus nullius sit, neque homi-  
nis duntaxat, neque angelicæ naturæ: necesse  
est hunc, cui hæc appellatio tribuitur, uerè esse  
& natura Deum: & tamen eundem Davidis ue-  
rè filium, & personam distinctā ab eo qui de ipso  
loquitur, cum ait, Mea salus, iusticia mea. Ter-  
tia persona est spiritus sanctus, quæ hec uerbo  
uocali concionatur de uiroq; patre & filio.

Eodem modo & noui testamenti scripture  
de Christo loquitur, 1. Corinth. 1. Jesus Christus  
factus est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctifi-  
cation & redemptio. Ita pulchre cum Esaiæ Paulus  
concinit, & uicissim cum Paulo Esaias.

Item: Iustus dominator inter homines. Hic lo-  
quitur David nō de politica iusticia, sed de alia  
eterna iusticia, quam adserit mundo Messias, fi-  
lius Dei, & ea nos liberat à peccato, morte, &  
coram Deo iustos facit.

Idem D. Martinus Lutherus.

Sæpius ostendi, uitam hominis Christiani con-  
sistere in his duobus: primum, ut credant p[ro]i[st]i sibi  
sua peccata remitti & condonari propter Chri-  
stum,

sum, quem fide apprehendunt: deinde, non modo sibi remissa esse peccata, & se esse iustos, sed etiam se sanctificari donato spiritu sancto a reliquis peccati, quae adhuc in carne nostra haerent.

Christi enim iusticia nostra est, quae nobis imputatur, ita ut simus sine peccato: sed non nostra causa, sed propter iustitiam Christi. Cum igitur credo in Christum, ibi Christus coram patre coelestis fit umbraculum meum, & p̄tifex meus, qui pro me intercedit. Ideo debemus nobis adeo iustitiam Christi fide applicare, & afferere ac si esset nostra propria, & illa confidere & gloriari, ut hereditate per illum nobis parta & donata.

Idem D. Martinus Lutherus.

Omnes homines sunt peccatores, solus Deus est iustus, iustificans peccatores: id est, liberans a peccato eos qui sunt ex fide in Christū Iesum: non imputans peccata ipsi, qui in Dei misericordiam confidunt.

Si sum peccator in me, in Christo nō sum peccator, qui nobis factus est iustitia: sed sum iustus, et iustificatus, per iustum et iustificantem Christum: qui ideo iustificans est et dicitur, quod ad peccatores pertinet, et peccatoribus missus est, et c. ut agnoscentes peccata iustificet, et eorum misericordia.

Idem

Idem D. Martinus Lutherus.

**Ad Gal.** Nos uero certò statuere debemus, nostram cap. 5 pitalem, rotundam, & perfectam iusticiam esse Christū, qui est ut caput & fons iusticie nostre: qui in hunc credit, non pudebit.

**In eod.** Iusticia enim nostra Christus, quem fide cap. prehendimus, irreprehensibilis est: ideo à lege non potest accusari.

Christus fide apprehensus. & in corde habitans, est iusticia Christiana, propter quam Deus nos reputat iustos, & donat uitam aeternam.

Iusticia Christiana est ea scilicet, qua Christus in nobis uiuit: Christus per fidem in nobis uiuens & habitans, abolet legem, peccatum damnat, mortem mortificat, in nobis loquitur, operatur & exercet omnes actiones.

**Idem in Psal. 51.** Christus sua iusticia nos ornat. Quod si Christianum intuearis, seclusa Christi iusticia & puritate, qualis in se sit, etiam cum est sanctissimus: tum inuenies, non solum mundiciem nullam, sed diabolicam.

**In Genes.** Vera iustificatio est, quando certus sum per fidem, semen benedictū habitare in me, per quod me benedico. Nec dubitandum est, aut sentiendum, benedictionem illam esse nihil, aut ociosam. Semen enim Abrahæ non finit me esse inutilem, sed plenum fructibus.

Iusticia

*Iusticia Dei est, ipsa misericordia & gratia  
Dei iustificans, nobis collata in Christo.*

**Idem D. Martinus Lutherus de dicto**

*Zachariæ, cap. 9.*

*Atqui uerbo hoc Iustus, nemo intelligat signi* In postilla  
ficari iusticiam, qua Deus iuste iudicat, quam se- ecclesiasti-  
ueram Dei iusticiam uocant. Hac enim si ad nos ca.  
Christus ueniret, quis aduentum eius ferret?  
Quis suscipere eum sustineret, quādo ne sanctis-  
imi quidem possunt coram eo consistere? uersa  
essent illico omne gaudium, iucunditas, amorq;  
huius aduentus, in metum & terrorem maxi-  
mum.

*Quapropter iustum hic Christum prædicari  
scias, ob iusticiam qua nos iustificat, nō iudicat:  
ut idem pollere intelligas, quod gratia Germanie  
significantissimè diceretur, Frumbkeit, id  
est, solida probitas, quod in scripturis iusticia so-  
let appellari.*

*Vltricem enim illam iusticiam, scripture iudi-  
cū appellat. Sed cum Deus dicitur iustus, id est,  
solidè probus, sic accipere conuenit, non quod in  
se probus existat, sed quod probos nos efficiat.  
Nam quæ Deo & Christo seruatori nostro scri-  
ptura tribuit, omnia ad nos referenda sunt, eo  
quod non quid Deus in se sit, sed quid nobis esse  
soleat, illa prædicet.*

Propterea hæc prophetæ uerba sic accepientia sunt. Rex tuus uenit tibi iustus: id est, uenit ut iustificet sola sua gratia, per seipsum: non ignorans, te nequaquam iustum esse: utq; iustificeris, id non esse opus tuum, sed suam gratiam, suumq; donum, ut ita ex ipso duntaxat iustificantur consequaris.

Hoc sensu utitur his uocabulis & Paulus ad Rom. 3. ubi ait, Christū propositum propitiatorium, ad ostensionem iusticie, &c. ut ipse sit iustus, & iustificans. Quo scilicet significauit, Christum solum coram Deo iustum, unumq; esse qui nos iustificet.

Ita & primo cap. Iusticia Dei in Euangeliō reuelatur: id est probitas Dei, qua nos donat: hoc est, gratia & misericordia Dei, qua nos probos efficit, in Euangeliō prædicatur.

Id quod uides uel in hoc prophetæ uaticinio, quo Christus prædicatur, uenire iustus nobis, nempe ut nos iustos & probos reddat: nosq; per ipsum, fide iusti & probi euadamus.

Hæc probè notes, ut ubi cunq; in scriptura legeri Dei iusticiā, illud haudquaquam de substantiali & interna eius iusticia intelligas: quemadmodum non Papistæ tantum, sed multi etiam sanctorum patrū hallucinati sunt (terrefieres enim ab ea) sed scito, scripture idiotismo id significare

re effusam Dei in nos gratiam ac misericordiam  
per Christum, qua coram ipso iusti ac probi re-  
putamur.

Quae ideo Dei iusticia aut probitas uocatur,  
quod non nos, sed ipse eam in nobis operatur, ex  
suo erga nos favore. quo pacto etiam opus Dei,  
sapientia Dei, fortitudo Dei, uerbum Dei, os  
Dei dicitur: id quod ipse in nobis tum agit, tum  
loquitur.

Quod admodum clarè testatur Paulus Rom.  
1. Euangelij, inquit, me haud pudet: uirtus enim  
Dei est (nempe quæ in nobis efficax est, & ope-  
ratur) ad salutem omni credenti. Nam iusticia  
Dei in eo reuelatur: quemadmodum scriptū est,  
Iustus ex fide sua uiuet.

Hic uides Apóstolum loqui de iusticia fidei,  
quam eandem iusticiā Dei appellat, in Euange-  
lio annunciatam. Siquidem Euangelion aliud  
non docet, quam hoc: Quicūq; crediderit, is gra-  
tiam Dei est asseditus, iustus habetur corā Deo,  
& salute certò potietur.

Ad hunc eundem modū accipere debes quod  
Psalmō 31. dicitur, In iusticia tua libera me: nem-  
pe ut intelligas, In iusticia tua, hoc est ex gratia  
tua, qua iustificer, & euadam pius, libera me.

Idem D. Martinus Lutherus in quin-  
tum Psalmum.

Vocatur autem iusticia Dei, & nostra, quod illius gratia nobis donata sit: sicut opus Dei, quod in nobis operatur; sicut uerbum Dei, quod in nobis loquitur; sicut uirtutes Dei, quas in nobis operatur, & multa alia, &c.

Iusticiam Dei etiam tropo iam dicto, esse iusticiam qua Deus iustus est, ut eadem iusticia Deus & nos iusti simus. Sicut eodem uerbo, Deus facit ut nos simus quod ipse est, ut in ipso simus, & suum esse nostrum esse sit.

Idem D. Mart. Lutherus in Esa. cap. 10.

Quod quanquam omnia nostra opera polluta & iniusta sint, tamen Deus nos sit seruaturus, propter alienam iusticiam, quae in Christo est. fit autem nostra, per fidem.

**Cap. xi.** In iusticia iudicabit tenues. Sicut in Euāgeliō dicit: Sipientes iusticiā saturabuntur. Sic describit regnum Christi, quod habeat talcm doctrinam, quae alienam iusticiam doceat, quae iusticia conferitur de cœlo ijs qui iusticiam non habent, tenuibus, pauperibus, qui urgentur peccatis & mala conscientia, & habent opus remissione pecatorum.

**Cap. 24.** Iusticia Dei est, quod nobis cōdonata sunt peccata, quod nundus, mors, infernus et Sathan sine nostris uiribus sint conculcata, & ea uictoria nobis sine nostro merito sit donata. Quod & Christus

37

flus sit iustus, & Christiani per eum iustificen-  
tur.

Alia uerba est iusticia, quam sit iusticia mun-  
di, que non ex uobis pendet: sed contulit, ac gra-  
tis eam uobis donauit is, qui creauit illam durabi-  
lem celi machinam. Sic proponunt nobis pro-  
phetæ unicam iusticiam Christi, in qua tutò si-  
dere possumus. Cap. 40.

Talis etiam est iusticia credentium, infinitæ Ibidem.  
magnitudinis & uirtutis: quia non est nostra,  
sed Dei. Christus enim est iusticia nostra, sicut  
Paulus dicit.

Solus Christus nostra lux, gloria, iusticia &  
uita. Solus Christus est p̄eco & dator iusticie,  
& præter hanc iusticiam nulla coram Deo ua-  
let. Cap. 42.

Solus Christus tua est iustitia, qui igitur in hoc Ibidem.  
Christo fide nō hæserint, illi iniusti sunt, & dam-  
nabuntur, etiam si occidi se patiantur, & sanctifi-  
sime in speciem uiuant. Huic uni Christo tribuen-  
da est gloria, ut iustificet credentes in ipsum.

Christiani nomen habent à Christo, & uo-  
cantur nomine Christi, non suo. Quare etiam  
Christi iusticia aliquid sunt, & non suis operi-  
bus, aut studijs. Cap. 43.

Euāgelium damnat omnia humana studia &  
opera, & predicat unius Christi iusticiam.

Totus Christianismus extra nos est positus, in  
iusticia Christi, et misericordia Dei.

Solus Christus nostra iustitia est corā Deo.

Hec autem nostra est iustitia, quod Christus  
laborauit.

Nulla iusticia extra Christum.

Quicquid produxeris ad iusticiam tuam sta-  
biliendam, præter Christum, et sine Christo, hoc  
damnatum, impium, et blasphemum est.

Esa. 45. Deus iustus & saluans. Iustus, quod afferit iusti-  
ciam: saluator, quod saluans, donat remissionem  
peccatorū, et gratiam, qua iustificemur, et iu-  
stificati liberemur ab omnib. malis, et ita salue-  
mur. Hæc nullus aliud Deus, nulla alia religio,  
nullus cultus, et opus nullum potest.

Euangelium est uerbum iusticie, quod afferit  
iusticiam & remissionem peccatorum.

In Domino habeo iusticiam, et fortitudinem.  
Fides in Christum, est nostra iusticia. est.  
Gloria iustificationis, solius misericordie Dei

Esa. 51. Iusticia Dei non est temporalis, aut corpora-  
lis, sed æterna. Sicut in Psal. est: Iusticia eius ma-  
net in seculum seculi.

Iusticia in uerbo promissa, est æterna.

Soli Christiani sunt iusti, non quia ipsi ope-  
rantur, sed quia alterius opera apprehendunt,  
nempe passionem Christi.

Omnies

Omnis errant, qui extra Christum iustifica- Esa.53.  
ri uolunt. Fundamentum totius ecclesiae, Chri-  
stus iustificans impios.

Iusticia nostra, extra nos est in Christo.

Christus à nobis habet peccata, nos ab ipso ius-  
ticiam habemus.

Iusticia est noticia Dei, ut cor tantum nita-  
tur in noticia Christi crucifixi.

Iusticia nihil aliud est, quam noticia Christi,  
hoc est, fides, qua apprehenditur Christus in cor-  
de, quod dederit se victimam pro nobis & pec-  
catis nostris.

Solum hoc iustificat, scire & noſe Christum,  
quod Christus sit seruus Dei, qui portat iniqui-  
tates nostras. Nomen Christi est, quod sit salua- Esa.55.  
tor, qui gratis iustificet et donet nobis opera sua.

Iusti sunt omnes qui sunt in ecclesia: hoc est, Esa.60.  
qui credunt in Christum crucifixum.

Iusticia coram Deo est, nō hoc uel illud facere Ibidem.  
aut pati, sed illuminari per Spiritum sanctum, et  
agnoscere atq; scire, quod Iesus Christus sit salua-  
tor noster, qui sua morte nos à morte et peccatis  
redemerit.

Hec iusticia in uerbo offertur, et sola fide acci-  
pitur, que fides assentitur uerbo, et credit se iu-  
stum esse morte et merito Christi. Hec iusticia Ibidem.  
est res inuisibilis, quam non sentimus, sed credimus.

Ibid. Assuefaciens igitur animus est, ut sciat suā iusticiam extra se in Christo esse positam. Quo modo enim alias in iudicio Dei consistere poterit, cum nunquam non peccemus? Si peccasti igitur, et mordet te conscientia, hic firma debet esse fides, et per Christum superare peccatum, et dicere: Quanquam ego peccavi, tamen sum iustus, quia habeo lucem, ipsum Dominū: quia habeo Christum, nullius peccati reum.

Quod autem iusticia Christi tua sit, habes testimonia grauiissima. primò ipsum uerbū Dei, quod dicit, Christum pro te mortuum. Deinde habes baptismum. sumus enim baptizati in mortem eis, quam pro nobis subiit. Habes etiam sacramentū altaris, in quo claris uerbis et externo signo confirmat, suū corpus pro te traditum, proteſsum sanguinem suum esse, &c.

Esa. 62. Iusticia est remissio peccatorum: et illam iusticiam, sicut et salutem attulit Christus, qui et tandem suos liberat à morte.

Nostra iusticia uerè est polluta. Habemus igitur aliam extra nos in Christo, qua sancti et iusti sumus: Philip. 3.

Idem D. Martinus Lutherus in sermone Ioan. 6.

Siquidem cum in Christum credo, tū demum uerè carne eius uescor, et sanguinem eius bibo, in eo

in eo maneo, & in unam placentam cum eo coalesco. Quid autem est in Christo manere, & unum libum cum eo esse? Nihil aliud, quam quod omnia eius bona habeo, quae ipse possidet: cuius iusticiam, sapientiam, uitam, & omne genus uirtutum: haec mea sunt, hisce ego uti possum, non secus ac priuatis bonis.

Idem D. Martinus Luther in sermone diuorum Petri & Pauli.

At quum Christum arripio, & in eum me ipsum edifico, simul etiam iusticiam eius & bonitatem & quicquid habet apprehendo: hoc me coram ipso commendat, ne pudori pateam. Et quid in causa est, ut non pudebam? quia in iustitia Dei, quae Deus ipse est, edificatus sum, quam rejicare non potest, alioqui scipsum reijceret.

D. Ioannes Bugenhagius Pomernus, ecclesiæ Vitebergensis Parochus, in prophetam Hieremiam.

Prima fides est, quod baptizati in Christum, Christum induerunt, credentes se iustificari per solum Christum, iusticiam nostram: se saluari per solum Christum, salvatorem nostrum. Ab hac fide deficiunt, credentes se iustificari ac saluari non per solum Christum, sed per opera & merita

42

fus, per uota, obseruantias, & fidelas religiones.

Evangeliū prædicat nobis solum Christum filiuū Dei, pro nobis mortuū ad iusticiā & salutē: qui sola fide apprehenditur, ad hoc ut stamus filij Dei, liberi à peccatis & morte æterna.

Tota sacra scriptura predicat hoc Euangeliū de Deo, quod sola Dei misericordia saluamur. Hec autem misericordia Dei est Christus, qui nobis est prædicatus statim à lapsu hominis, per hoc Dei Euangeliū: Semen mulieris conteret caput serpētis. Et hic Christus, qui est iusticia nostra, sola fide apprehenditur, & fit noster, nobis natus, nobis datus. Esa. 9.

Christianus est, qui credit in Christum, fide apprehendit & suscipit Christū. Christus autem fit de apprehensus, est nobis iusticia, & certa salus.

Iusticia Dei est, qua Deus solus iustus est, & iustificat impium per fidem Christi: & hec Dei iusticia, siue gratuita iustificatio, nihil aliud est, quam gratia & misericordia erga impios & imeritos peccatores.

Iesus qui est Christus, siue Messias ille in lege & prophetis promissus, non solum homo, sed etiam Deus, filius Dei uiui, est mediator Dei & hominum, iusticia nostra, & uita æterna. qui hoc credunt, sunt iustificati, sunt iusti, filii Dei, & habent uitam æternam.

prede-

Prædestinatio Dei apud Christianos, quæ se  
agnoscunt prædestinatos ad uitam æternā, nihil  
aliud est, quam Euangeliū creditū. Quādo cre-  
do in Christū, quod solus Christus est mihi iusti-  
cia coram Deo, & uita æterna, quemadmodū mi-  
hi euangeliū prædicat & promittit: tūc habeo ui-  
tam æternam, scio certò me prædestinatum à  
Deo in Christo, ad uitam æternam.

Nos confitemur & docemus sanā doctrinam  
Euangelij Domini nostri Iesu Christi, quod solus  
Christus filius Dei pro nobis in mortem tradi-  
tus, est iusticia nostra: id est, remissio peccatorū  
& salus, & uita æterna omni credenti.

Christus filius Dei, est unica salus, iusticia no-  
stra, & uita æterna.

Iesus Christus, fide à nobis apprehensus, est no-  
bis iusticia & uita æterna.

Sola fide iustificamur.

Sola in Christum fide iustificamur corā Deo.

Per solum Christū, quem sola fide apprehe-  
dimus, iustificamur coram Deo.

Per solum Christum habemus remissionē pec-  
catorum, & sumus filii Dei.

Id nihil aliud est, quam solus Christus, quē so-  
la fide suscipimus, est iusticia nostra coram Deo:  
Propter hunc nobis remittuntur peccata, & do-  
natur nobis uita æterna.

**Quæ de fide dicimus, dicimus de Domino no-**  
**nstro Iesu Christo: qui fide apprehensus, est iusti-**  
**cia nostra.**

Vera fides, quam prædicat euangelium Chri-  
 sti, est fides in Christum, siue fides quæ suscipit &  
 apprehendit Christum, iusticiam nostram, & ui-  
 tam æternam. Non enim potest apprehendи Christus, nisi sola fide.

Solus ergo Christus filius Dei, pro nobis uicti-  
 ma factus, qui sola fide apprehenditur à nobis,  
 est iusticia nostra, benedictio, salus & uita ater-  
 na, nobis à patre ad hoc datus.

Solus Iesus Christus, qui sola fide appreben-  
 ditur, est iusticia nostra.

Sola fide in Christū nos iustificari corā Deo,  
 nihil aliud est, quam solo Christo, & per solum  
 Christum fide apprehensum, nos habere remis-  
 sionem peccatorum, nos esse filios Dei ad imagi-  
 nem Dei, in iusticia & sanctitate ueritatis, nos  
 habere uitam æternam.

Qui hoc negant, negant Christum.

Qui hoc damnant, damnant Christū. Nempe  
 Solus Christus est iusticia nostra.

Per solum Christum, & propter solum Chri-  
 stum, qui est iusticia nostra, quem sola fide susci-  
 pimus, siue apprehendimus, nos damnati pecca-  
 tores accipimus remissiōne peccatorū, & uitam  
 æternam.

Christus in fide nostra, est uita æterna, facit fidem omnipotentem, iustificantem, saluantem, impeirantem à Deo omnia, omnia efficientem etiam maxima, etiam maiora quam Christus fecit super terram. Ioan. 14.

Fides in Christum, quæ solum Christum credit & confidit esse iusticiam suā, est Dei uirtus, uita & efficax, quæ per charitatem operatur bona opera, ut Paulus ait Gal. 5. Sicut artifex operatur per instrumentum, quod sine artifice mortua res est, & inefficax.

Idem doctor Ioannes Bugenhagen Pomeranus in prophētam Ionam.

Solus Christus est iusticia nostra corā Deo, & nobis uita æterna, si modò credimus in ipsum. Sola fide iustificamur.

Sola fide in Christum iustificamur corā Deo. Quod dicimus de sola fide, dicimus de solo Christo: quod solus Christus est iusticia nostra coram Deo, & uita æterna.

Christus solus, sola fide apprehensus, est nobis iusticia coram Deo: hunc Christū offert nobis pater in Euangelio: quem non possumus susciperre, ut fiat noster, nisi sola fide. Tantum sola fide apprehenditur à nobis, & fit noster, filius Deus Dominus noster Iesus Christus. Modus enim recipiendē

46

cipiendi Christi est, quum in eum creditur. Fide ergo insiti in Christo, ius adoptionis consequimur, ut simus filii Dei.

Io.1. dicit modū suscipiēdi Christi, sola fidē.

Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum.

Ioan.7. Fide accipitur Spiritus Sanctus.

Ioan.14. Si quis diligit me. uestris.

Ephe.3. Christus per fidē inhabitat in cordib.  
Vinculū, quo se nobis unit Christus, est fides:  
donec in eum credamus, extra eū sumus, et ab eo  
diuisi: nihil iesit nobis rectitudinis sine Christo.

Tota sacra scriptura prædicat nobis, solum  
Christum esse iusticiam nostram, si

credimus in eum.

Habes quid doceamus, cū dicimus, sola in Christum fide nos iustificari coram Deo: uidelicet nihil aliud, quam quod docet tota sacra Spiritus Sancti scriptura, quod solus Christus filius Dei, pro nobis patri uictima factus, est iustitia nostra coram Deo, & nobis uita æterna, si modò credimus in ipsum.

Christus sola fide, & nō alia re à nobis apprehensus, est iusticia nostra.

Est magna Dei gratia in Christo, & æterna dilectio erga nos, nobis in Euangeliō Christi patefacta: uidelicet, quod solus Christus est coram Deo iustitia, & nobis propter peccata dannatis

hatis uita æterna, si credimus in eum.

Tota sacra scriptura Spiritus sancti testifica-  
tur de Christo, quod solus Christus est  
iusticia, & salus nostra.

Non licet nobis aliter prædicare Euangeliū,  
quam Apostoli prædicauerunt, de Christo Domī  
no: quod solus Christus est iusticia nostra coram  
Deo, nec est in alio quoquam salus. Nec enim a-  
liud nomen est sub cœlo datum inter homines, in  
quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4.

Per spiritū sanctum prædicauerunt Apostoli,  
& adhuc ueri atq; pīj prædicatores nihil aliud  
prædicant, quam Euangeliū Christi, de iusticia,  
quæ est per fidē Iesu Christi, qua fide apprehen-  
dimus Christum iusticiam nostram.

Christus, quæ offert nobis pater in Euangilio,  
ex eterna dilectione erga nos, non potest aliter  
suscipi à nobis, ut fiat noster, nisi sola fide, per  
quam fidem habitat Christus in cordib. nostris,  
& bæc fides Christi operatur per dilectionem.

Fides Euangeliū est, quæ credit, solū Christum  
filium Dei, factum pro peccatis nostris uictimā,  
esse iusticiam nostram coram Deo.

Fides est, qua quis firmiter credit, & certò sta-  
tuit, ppter Christū sibi remissa esse peccata, seq̄  
possessurum uitā æternam propter Christum.

Fides est, qua firmiter credimus, & certò sta-  
tuimus,

48

tuimus nobis remissa esse peccata, nosque possesse  
ros uitam æternam propter Christum.

Fides Christiana est, qua credimus, ac certò  
statuimus, nos habere remissionem peccatorū,  
et uitam æternam propter Christum.

Hinc notum euadit, quod solus Christus est  
iusticia nostra in fundamento, et opera nostra  
sunt fructus iustitiae Christi.

Solus Deus nos iustificat, sola illa fide, que in  
fundamento Christum possidet, et postea per  
charitatem efficax est. Hec enim fides iuxta, pa-  
rit bona opera.

Iusticia Dei imputatur à Deo nobis, ut Abra-  
ham, per fidem in Christum filium Dei, pro nobis  
uictima factum. Ergo Christus crucifixus, est no-  
stra iusticia coram Deo, et saluator noster.

Sola fide in Christum nos coram Deo iustifi-  
cari, tota sacra scriptura approbat,

Euangelium prædicat iusticiam Dei in solo  
Christo pro nobis crucifixo, quam iusticiam ne-  
mo potest intelligere, nisi ex Euangelio per spiri-  
tum Christi. Math. 11:8

Solus Christus filius Dei pro nobis uictima  
factus, est iusticia nostra corā Deo: Qui credide-  
rit, et baptizatus fuerit, saluus erit.

Sola fide in Christum iustificamur à Deo, et  
apud Deum.

Solus

Solus Christus, illud benedictum semen à Deo  
promissum, est iusticia nostra coram Deo, per  
quem iustificamur & saluamur.

Evangeliū est doctrina de iusticia Dei, que  
est Christus per fidem in nobis.

Iusticia Dei dicitur non sola illa, qua ipse iu-  
stus est: sed etiam illa, quam dat homini, cum iu-  
stificat impium. Iustificatur autem impius per fi-  
dem, quæ per dilectionem operatur.

Fides in Christum est iusticia Dei, propter  
Christum fide susceptum.

Vera fides est fiducia in Christum filium Dei  
pro nobis passum. & hæc fides, quia in nobis  
Christum possidet, iusticiam nostram, ea iustifi-  
camur coram Deo per spiritum sanctum, & pa-  
cem habemus erga Deum, & adoramus & mu-  
camus patrem in nomine Christi.

Solus Christus pro nobis crucifixus, est iu-  
sticia nostra coram Deo, nostra salus & uita æ-  
terna, et nō opera nostra: id est, quod Deus remit  
tit nobis peccata nostra, & imputat nobis suā iu-  
sticiam propter Christū, quem fide suscepimus.

Solus Christus pro nobis incarnatus & glori-  
ficatus, qui sedet ad dextrā Dei patris, & inter-  
cedit pro nobis, est iusticia nostra, noster media-  
tor & reconciliator, salus nostra, siue saluador  
& pud patrem.

Idē doctor Iohan. Bugenhagius Pome-  
ranus in epistolam Pauli ad Ro.

Vera iusticia est, per solam fidem in Christū.  
Dei iusticia est, quae per Deum in nos uenit,  
non qua Deus iustus est.

Sola iusticia per Christum. Christus is est, per  
quem à Deo in nos uenit omnis iusticia.

Omnis patres sancti iustificati sunt à condi-  
to mundo, quia scilicet credebant in Christum  
uenturum, qui dilectus erat patri: quemadmo-  
dum hodie omnes iustificantur, credētes in Chri-  
stum iam exhibitum mundo.

Vnde est gratia? A` Deo. Per quē? Per Chri-  
stum. Quibus contingit? Credentibus, sine per-  
sonarum respectu. Per quid? Per sanguinem Ie-  
su Christi. Quare? Ut scilicet sic reuelaretur iusti-  
cia Dei, & nostra iniusticia: & nostra omnia dā-  
nentur, maneatq; solus Christus nostra iusticia.

Solus Christus est mediator inter eū Deo ho-  
mines, sine hoc Christo non eris Deo acceptus:  
hic est reconciliator, satisfactor & redemptor,  
& quidem noster, si credimus in illum.

Vt ipse sit iustus. Est enim ipse fons iusticie  
ueræ, imò ipsissima iusticia: ipse solus iustus e-  
rat, cum omnes essemus damnati. Ex hoc si-  
quidem fonte omnes haurimus iusticiam.

Is est iustus, qui credit iustificanti Deo. Si-  
cut Abrā-

ut Abraham, qui fuit homo peccator ut nos, &  
iustificatus est: non quia non peccauerit, aut  
quod satisfecerit pro peccatis, sed quod credi-  
derit promittenti Deo.

Non ex nobis, sed ex Deo iusti sumus.

Abraham iustificatus est propter fidē in Dei  
promissionem.

Evangeliū aperit nobis ueram iusticiam,  
qua nos Deus iustificat.

Iusticia uera per solum Christum peccatori-  
bus à Deo exhibetur.

Spiritu sancto dat testimonium spiritui no-  
stro, quod non sit alia iustitia, qua pacem habet  
conscientia, quam fidei, ubi sentimus & credi-  
mus peccatorum remissionem per Christum.  
Iam conscientia exultat, & in conspectu Dei,  
multa securitate carmen triumphale canit, hoc  
scilicet: Christus est mea iusticia, mea fortitu-  
do, deleuit chirographū peccati, uicit satanam  
principem inferorum, &c.

Iustificati habent remissionē peccatorū p̄ fidē.

Sine Christo mediatore, nihil nobis donatur à  
Deo  
iustificat.

Iusticia Dei est iusticia fidei, qua solus Deus nos  
Qui corde credit, iustificatur.

Idem 1. Corinthi.2.

Perfecti sunt illi Christiani in hac uita, qui haec  
d      >      tria

tria ita intelligunt, ut coram Deo cōtra satanam  
se defendere uerbo Dei docti possint: Primum,  
humanas iusticias esse nihil: Secundum, Christum  
esse iusticiam nostram, & sapientiam: Tertium,  
quod non ignorant se hanc cognitionē nondum  
satis cognoscere, sed multo adhuc maiorē restare.

Perfectio Christianorum est in perfecta cogni-  
tione Christi. Hæc autem est, ut cognoscamus, o-  
mnem nostram iusticiam esse aeterna, sola fide  
autem in Christum nos iustificari. Hunc enim sa-  
etum nobis à Deo, ut sit nostra iustitia, sapientia,  
sanctificatio, redemptio, &c.

Idem 1. Corinth. 1.

Christus factus est nobis à Deo iustitia, id est,  
ut qui in nobis peccatores sumus, in ipso & per  
ipsum iusti simus, non imputato propter ipsum  
nobis peccato.

Quid quæso libero arbitrio relinquitur, aut  
conatus nostro & uiribus humanis, ad salutem:  
ubi omnia, & principiū & mediū & consumma-  
tio nostræ salutis, Christo, nō nobis tribuuntur?

Idem in epist. Pauli ad Galatas.

Nunc lex spiritus uitæ, id est, ipse spiritus san-  
ctus me trahit, ut uelim quæ lex exigit, ut iam le-  
gi in me nihil sit negotij: postquam legis sententiā  
abstulit mihi Christus, qui est uita et iusticia mea.  
Iusticia Dei est, qua Deus uerè iustificat cre-  
dentes

53

dentes in Christum, qui solus & gratis dimit-  
tit peccata.

Veram iusticiam, æternam benedictionē &  
vitam, nemo nisi per fidē in Christū cōsequitur.

Christus factus est maledictum pro nobis, &  
peccatum, ut nos fieremus iusticia & benedictio  
Dei per Christum: alioqui mansissimus in nostra  
maledictione & iniusticia per Adam, & nulla  
opera nos liberassent. Non est ergo iusticia ex  
operibus, sed ex fide in Christum.

Nos relinquimus externas iusticias, agnoscen-  
tes iam iusticiam Dei per Christum.

Vt sis in Christo, requiritur una fides, que o-  
peratur per dilectionem, hic suam ostendit effica-  
ciam: id est, fratri siue proximo seruit.

Per fidem ingredimur ad Deum: per charita-  
tem illa fides egreditur, & effundit se in proxi-  
mum. Et uel hinc uide, quæ sint bona opera, nem-  
pe quæ ex fide per charitatem in proximū fiūt.  
Hæc est gloria mea, & iusticia mea, quod cre-  
do & prædico Christum crucifixum.

Idem ad Ephes. 2.

Lex, quia Dei erat, abrogari non potuit, nisi &  
ei in eternū satisficeret: cui quia satisfieri per nos  
non potuit, necesse erat illū legi subdi, & legem  
implere, qui legi nihil debuit.

Hic est Christus Iesus, qui per sanguinem cru-

eis fecit sibi unū corpus gentes & Iudeos, nostra  
sanctificatio, iusticia & satisfactio: cui quisquis  
fide adheret, cum eo unū est, & habet quicquid  
ipse habet.

3 Satisfactio ergo Christi mea est, ita ut lex me īā  
non dānare possit: et peccatū q. in carne mea reli  
quū est, mihi ppter fidē in Christū nō imputetur.

4 Itaq; iam spiritus Christi in credētib. hoc agit,  
ut ex corde diligatur Deus et proximus: id quod  
lex requirebat quidem, sed dare nō potuit. Litera  
enim erat, nō spiritus, in quib. aut nō est spiritus  
Christi, hi stulte gloriātur de legis abrogatione.

Idem ad Philip.

In re salutis non possumus incipere bonū, nisi  
Deus det. Ipse enim est alpha & ω, principiū &  
finis omnium. Primum opus Dei in nobis est fi  
des. Io. 6. Deinde charitas, quae est fidei fructus.

Conscientia in temptatione corā Deo consiste  
re non poterit, præ horrendo Dei iudicio, quia  
peccatores sumus, & ipsissimū peccatū, nisi cre  
damus Christum factū nobis à Deo sapientiā, iu  
sticiam, sanctificationem & redemptionem. 1.  
Corinth. 1. Hoc est Christianorū gaudū, qui  
in se descendentes, nihil inueniūt nisi damnatio  
nem. Nā qui pro nobis tradidit unigenitū, quo  
modo non cum illo nobis omnia donauit? Rom. 8.  
Si quæsieris p opera iustificari, īā Christus tua  
iusticia

iusticia nō est. Hoc ergo est Christū abnegare.

Agnosce ergo, solum Christum esse iusticiam tuam, & mediatorem tuum, & te dilectū in dilectio filio Dei. Qui enim externam iusticiā magnificiunt, Christum ignorant.

Idem ad Coloss.

Nē putas opus esse alia iusticia extra Christū: cum Christum habes, uerè Deum habes, corpora liter, uerè. In Christo habemus gratiam Dei.

Quis ergo nos liberabit ab hac infelici cōscientia, nisi solus Christus? Si credis in Christū, iusticia Christi tua est: & protinus peccatū tuū nihil est, & euanescit à præsentia huius fidei ut fumus.

Sic aboletur conscientiæ nostræ scriptura, ubi credis Christum esse tuam iusticiam, &c.

Idem ad Thessaloniken.

Nostra iusticia uerè est polluta, & damna-  
tur. Habemus igitur aliam extra nos, in Christo,  
qua sancti & iusti sumus.

D. Georgius Maior, theologiae pro-  
fessor in Academia Vitebergensi.

Manet fundatum firmum & solidum, In annota-  
etiam contra inferorum portas, Christum so- tionib. epi-  
lum esse iusticiam nostram: & Deum propter stolarū Pau  
illum mediatorem, placatorem & pontificem li ad Ephe-  
nostrum, nostri misereri, & nos diligere, exaudi- sios & Phi-  
re, recipere & saluare. lippenses, &  
in Psal. 72.

*Solus Christus est uera iusticia nostra, quia aduersus iram Dei & maledictum legis tegimur.*

*Vna est omnium prophetarum & Apostolorum uox, non esse aliam iusticiam, quam in solo Christo crucifixio & resuscitato.*

*Iusticia qua in conspectu Dei iustificamur, est iusticia Dei, quam pater dat suo atque Davidis filio, & quam iusticiam filius communicat credentibus. Et causa huius iusticie est, sola gratuita misericordia Dei propter filium promissa, qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iusticiam nostram: Rom. 4.*

*Nulla iusticia est in terris, quam ea quae filius a patre accepit, & quae est Dei patris: quam & filius ex celo a patre attulit in terram: quam sua obedientia, hoc est, passione & morte promeruit nobis, & in se credentibus communicat.*

*Per Christum semen benedictum liberati sumus a peccato, morte eterna, & maledictione legis, potentia satanae: per ipsum etiam donata est benedictio, scilicet remissio peccatorum, reconciliatio, donatio Spiritus sancti, iusticia & uita eterna.*

*Credentes & amplectentes Christum, sunt sancti & irreprehensibiles, non sua, sed aliena, nempe Christi sanctitate & iusticia, que propter filium eis imputatur, & donatur a Deo patre.*

FORMA

FORMA DOCENDI ARTI-  
culum iustificationis.

Primo facta est redemptio, & reconciliatio  
per sanguinem filij Dei, quæ à Deo patre impe-  
rat nobis remissionem, & condonationem pec-  
tatorum.

Deinde per uocem Euangeli ea reconcilia-  
tio per Christum facta, nobis annūciatur, & pec-  
tatorum remissio offertur:

Credentes igitur Euangelio, copulantur rur-  
sus capiti suo Deo, accepta remissione peccato-  
rum, per fidem propter Christum, & sunt filii  
achæredes Dei; ac ita per Christum fit restaura-  
tio, ut quæ antea corrupta & amissa erant, rur-  
sus restituantur & donentur.

Circumfert Paulus in suo peccatore aliâ iusti-  
ciam, qua nimirum, nempe Christū: propter quem  
sibi remitti peccata, se recipi à Deo credit. Sicut  
titit Christus factus est nobis sapientia à Deo,  
iusticia, sanctificatio & redemptio, &c.

Sic Daniel propheta, uir sanctissimus, non ha-  
bet suam iusticiam, sed aliam habet, nempe Dei  
iusticiam, in conspectu: propter quam se acceptum  
Deo, & suas preces exaudiri statuit, nempe pro-  
pter Dominum Iesum Christum. Confugit ad  
misericordiam Dei, & credit se nullā aliam ha-

bere iusticiam quam gratuitam misericordiam  
propter Christum Dominum.

Iusticia Dei non est qua Deus iustus est: sed  
est remissio peccatorum, misericordia, & ac-  
ceptatio gratuita, donata propter solum Chri-  
stum.

Hæc iustitia non est in nobis, aut in nostris  
uiribus: sed extra nos, & in Deo: & hanc De-  
us ipse gratis, sine aliquo nostro merito offert  
nobis: in qua non nos Deo aliquid præstamus,  
sed quam ipse nobis donat gratuitò, & ex sola  
misericordia propter filium mediátorem & pon-  
tificem nostrum, quod nos propter ipsum iu-  
stos reputat, donat spiritum sanctum, qui no-  
strum & æternam uitam hic in hac uita in nobis  
inchoat, perficiendam, ubi corpus peccati fue-  
rit abolitum, & in corpus incorruptibile trans-  
formatum, in altera uita.

Hæc est Dei iusticia, & est iusticia ex mis-  
ericordia à Deo promissa, que in Euangelio reue-  
latur, & nobis gratis offertur, & consistit in fa-  
de.

Iusticia Dei, est misericordia Dei, qua pec-  
cata propter filium gratis remittuntur, & dona-  
tur uita æterna.

Iustificari est absolui à peccatis, & pronun-  
ciari iustum & heredem Dei gratis, propter  
Christum

Christum mediatorem: quæ absolutio fide recipitur, quam postea uitæ nouitas sequi debet.

Iusti sumus in conspectu Dei, & à peccatis absoluti, non nostra iusticia, quam in hoc corpore peccati coram Deo nullam habemus: neq; iusticia legis, quæ in hac uita semper est imperfecta: sed aliena, nempe iusticia Dei, non imputantiis nobis peccata propter meritum Christi, eaq; nobis donatur propter Christum, & fide apprehendenda est, cum hæc iusticia sit promissa. Vbi enim promissio est, ibi fide opus est, quæ promissionem apprehendat.

### Quid est iusticia Dei?

Dei, sive fidei, seu Euangelij, sive cœlestis iusticia, qua homines coram Deo iustificantur, est ipsa misericordia Dei: quod Deus propter Iesum Christum filium suum, pontificem & intercessorem nostrum, & propter illius obedientiam & meritum, uidelicet propter hunc Dominum crucifixum & resuscitatum, nobis fide eum amplectentibus, nō imputat peccata, sed imputat iusticiam, donat Spiritum sanctum & uitam æternam, & hoc quidem gratis: tantum propter illius, non nostrum aliquod meritum, sive opus.

Iusticia

Iusticia iustificans constat sola fide apprehendente Christum.

Qui credit se redemptum sanguine filij Dei, is bac fide iustificatur & saluatur.

Iusticia legis est ex facto & opere.

Iusticia Dei est ex fide et fiducia in Christum.

Christianæ & coram Deo iustificans iustitia est ea, quæ solum Christum fundamentum & obiectum, & in quem solum, ut aneum serpentinum, oculos defixos habet. & hoc solo nititur, in hoc solo acquiescit: certissima fide. hoc est, fiducia statuens, quod propter hunc Christum tibi remittantur peccata tua, donetur iustitia, Spiritus sanctus & uita æterna.

Iusticia Euangeli, seu Dei, est iusticia, quæ est donum Dei, gratuitò donatum per fidem, ac cipientem Christum pro nobis crucifixum & resuscitatum.

Hanc autem interiorem fidei iusticiam, quæ propter Christum coram Deo iusti sumus fide gratis, sine nostris meritis & operibus, sequuntur deinde fructus iustitiae interni & externi: Galat. 5.

D.Ioannes Brentius.

¶ In Iesu Christo sic est iusticia, ut non ipse tantum sit uerè & perfectè iustus: sed etiam is qui in ipsum credit, consequatur in eo ueram & perfectam

*Etiam iusticiam, ac participet eam.*

*In Iesu Christo filio Dei est uera iusticia, uita  
et salus, quæ nobis dantur fide in ipsum.*

*Christus Iesus est perfecta iusticia, et perpetua  
uita. Qui ergo credit in Christum, is accipit  
Christum per fidem, et in eo habitat Christus.  
Vbi autem habitat Christus, ibi etiam est perfe-  
cta iusticia, et perpetua uita. Quare qui credit  
in ipsum, habet etiā in ipso perfectam iusticiam,  
et perpetuam uitam: nō quidem quod percipiatur  
eum externo sensu in hoc seculo, sed quod pro-  
pter Christum reputetur coram Deo perfectè  
iustus: et per fidem ita uiuat, ut et si moriatur, re-  
ficitur tamen in nouissimis diebus ad perpe-  
tuam felicitatem.*

*Iusticia nostra uera, qua constamus in iudicio  
Dei, est solus Iesus Christus Dominus noster, per  
quem habemus remissionem peccatorum, iusti-  
ciam, uitam et salutem.*

*Et hæc iusticia est cœlestē donum Dei, quod  
consequimur ex mera tantum misericordia Dei  
propter Iesum Christum per fidem, quæ est opus  
spiritus ex auditu uerbi Dei.*

*Ad hanc iusticiam consequendā opus est. Spiritus  
sancto: qui ut datur nobis per Euāgelionem Chri-  
sti, ita maxima cura conseruandus est, quo et  
Christus uera iusticia conseruetur.*

*Cum*

Cum interrogantur Catechumeni, *Quis sit uerus Deus noster, & quod sit nomen eius?* respondunt: Nomen eius esse Iesus Christus, qui est iustitia, sanctificatio & redemptio nostra.

Omnis pius iustificatur, etiam coram Deo, non quidem comparatione, iudicio, aut propria iusticia, sed misericordia, Christo, fide, aliena iusticia. Est enim unica Christi iusticia, qua iudicium Dei sustinere potest. Hanc ex misericordia nobis Deus donat: quam si fide receperimus, reputamur coram ipso iusti: non quia nos iusti ex nobis simus, sed quod alienam iustitiam fide posseamus.

#### FORMA DOCENDAE IV. stificationis hominis impij gratuitæ.

- 7. Deus pater conditor cœli & terre, misit filium suum unigenitum Iesum Christum, ad expianda peccata nostra, morte sua: & ad iustificandos ac uiuificandos nos resurrectione sua, ut donati ac sanctificati Spiritu sancto suo, in operibus iustitiae ambulemus, & eternam uitam posseamus.
- 2. Quisquis ergo huic Evangelio ueram abhabet

bet fidem, is efficitur hac fide membrum Christi,  
et templum eius, ut inhabitet in ipso Christus,  
1. Cor. 6. An nescitis, etc. Eph. 3. Inhabitat Christus per fidem. Ioan. 14. Si quis diligit me, etc.

Itaque qui credit Euangelio Christi, is habet hospitem Christum, unde cum cœlesti patre, et sancto spiritu.

Vbi autem hi habitant, ibi etiam uera iusticia 4.  
et sanctitas habitent necesse est.

Quare qui credit in Christum, reputatur hac 5  
fide coram Deo iustus et sanctus.

In Iesu Christo sic est iusticia, ut non ipse tantum sit uerè et perfectè iustus: sed etiam is qui in ipsum credit, consequatur in eo ueram et perfectam iusticiam, ac participet eam. Filius enim Dei ut natura iustus est, quia uerus Deus: ita postquam hominem induit, fecit omnem iustitiam diuinæ legis: cui sic satisfecit, ut ne apicem quidem aut iota uiolauerit. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: inquit Esaias.

Quia iusticia ex obedientia tantum beneficium hominibus à Deo patre suo impetravit, ut quotquot in ipsum credunt, reputentur propter ipsum coram Deo tam iusti et sancti, quam si suis ipsorum operibus diuine legi satisficerent.

**E**t si autem pijs nondum sentiunt re ipsa hanc iusticiam, quam habent in Christo per fidem, tamen ea sic nostra propria est, ut et ipsa in iudicio Dei constare queamus: ac non solum in futuro seculo in nobis re ipsa reuelanda sit, sed etiam in hoc seculo excitet in nobis, autore spiritu sancto, obedientiam, qua bonos fructus iustitiae, quantum in hoc carne possibile est, proferamus: et mortificatio affectu carnis, in nouitate uite ambulemus.

In filio Dei, in Iesu Christo Domino nostro, est uita, iusticia, perpetua felicitas, que per ipsum nobis dantur.

Christus est uita, lux, iusticia et salus. Extra Christum nulla est uita, lux, iusticia et salus.

Christus recipitur tantum per fidem, sicut et eius opera et beneficia.

In Evangelio Christi, et sacramentis eius, offeratur et proponitur nobis thesaurus Christi ac cipiendo. Fide autem accipitur, quod per Evangelium et sacramenta oblatum atque propositum est.

Christus attulit nobis gratiam Dei, remissionem peccatorum, iusticiam et uitam eternam, que donat ijs qui credunt in ipsum.

Vera iusticia est coeleste donum Dei, quod consequimur non uiribus carnis, sed ex mera tantum misericordia Dei propter Iesum Christum, per

per fidem, quæ est opus spiritus.

Vera iusticia, qua constamus in iudicio Dei,  
est solus Iesus Christus, Dominus noster, & re-  
missio peccatorum propter ipsum.

Ad hanc iusticiam consequendā opus est Spī-  
ritus sancto, qui ut datur nobis per Euangelion  
Christi: ita maxima cura conseruandus est, quo  
& Christus uera iusticia conseruetur.

Christus, thesaurus omnium cœlestium bono-  
rum, inuenitur audiendo & credendo: conserua-  
tur fide, fideli gratitudine & obedientia.

Vna est uera scala, una est uera porta cœli, Ie-  
sus Christus Dominus noster: à quo qui errau-  
erit, à tota sua salute aberrat.

Christus accipitur fide: fides est organon, quo  
accipitur Christus.

Oportet in Iesum Christum credere, ut bene-  
ficio eius fruaris.

Christus affert credentibus in ipsum remissio  
nem peccatorum, liberationem ex inferno, victo-  
riam in afflictionibus & morte, iusticiam & re-  
gnūm cœlestē.

Vna est iusticia, qua homines saluantur: fides  
uidelicet.

Vnum est peccatum, quo homines damnātur:  
incredulitas uidelicet.

Fides est organon illud, quo accipimus Chri-  
stum,

stum, & quo inserimur Christo tanquam mem-  
bra.

Qui credit in Christum, seruatur non pro-  
pter fidem, quæ est admodum infirma, sed pro-  
pter Christum fide acceptum.

Solus Christus est is, qui possidet omnia cae-  
lestia bona, iusticiam, uitoram mortis, uitam  
& felicitatem sempiternam: hæc omnia bona  
funt hominis, propter Christum, qui est fide ac-  
ceptus. Qui uero non credit in Christum, is e-  
tiam caret Christo. Vbi autem non est Christus,  
ibi nec est Deus, nec iusticia, nee uita, nec cœ-  
lum: sed Sathan, impietas, mors & infernus.

Vna tantum est iusticia, qua seruamur, Iesus  
Christus, uerus & solus seruator noster.

Iustificamur non propter, sed per fidem.

Num fides meretur homini cre-  
denti uitam æternam?

Homo credens habet uitam æternam, non me-  
rito fidei, sed tantum merito Christi, qui per so-  
lam fidem accipitur. Solus enim Iesus Christus  
ille Mariae filius perfectus est, ac propter hunc  
solum, & in hoc solo accipitur & habetur æ-  
terna uita. Ergo æterna uita nō datur propter,  
sed per fidem nostram, propter Iesum Chri-  
stum. Solus enim Iesus Christus habet uitam  
æternam

eternam in sua manu & potestate: qui credit in Christum, is accipit Christum fide sua, & sic accipit in Christo eternam uitam.

Sola illa iusticia seruat nos, quam nobis donat Christus, & quam ex Euangelio eius per fidem accipimus.

Initium consequendæ iusticie,  
sanctitatis & salutis.

Et poenitentia. Iustificaturus Deus hominem, primo dicit eum ad poenitentiam: hoc est, ad agnitionem & detestationem peccati.

Nam ad consequendam ueram iusticiam ac beatitudinem, necessaria est remissio peccatorum. sed nemo ardet desiderio remissionis peccatorum, nisi qui agnoscit peccatorum magnitudinem & grauitatem. Ideo ad consequendam iusticiam, necessaria est agnitus & poenitentia, ac detestatio peccati.

Non autem ex nobis ipsis, originali uitio executi, intelligimus, quanta sit peccati magnitudo: sed potius amamus peccatum, & blandimur nobis in eo.

Idecirco Deus instituit concionem Decalogi, ut ex eo discamus peccatum agnoscere, et peccati pœnitere, quam concione si neglexerimus, uel etiam securi

securi in peccatis ambulemus, solet Deus addere uerbis uerbera, & immittit uarias afflictiones priuatas & publicas, pestilentiam, bellum, inopia, & rerum caritatem.

5 Huiusmodi autem afflictiones seu calamitates immittit Deus, non ut his expiemus peccata: sed ut admoneamur de peccatis, & discamus peccatorum poenitere, quo excitemur ad querendam ueram peccatorum remissionem & salutem.

6 Verum non est satis ad iusticiam coram Deo habendam, agnouisse, odisse, & detestari peccatum: nisi etiam consequaris peccati remissionem, quæ contingit per fidem propter Christum.

7 Qui ergo credunt in Christum, efficiuntur membra Christi, & adoptantur in filios Dei propter Christum: qui solus est uera expiatio peccatorum, salus & uita æterna: qui solus reconciliavit nos cum Deo, contrivit potentiam Sathanæ, abocuit mortem, recuperauit amissam salutem propter peccatum.

### Docemus hominem iustificari & seruari fide in Christum.

Fides in Christum necessaria est ad accipiente da à Christo spiritualia et æterna bona, quæ sunt remissio peccatorum & uita æterna. Hæc tamen fides,

fides, quam nos habemus, nō facit Christū omni potenter seruatorem: sed cū Christus re ipsa sit omnipotens seruator, accipimus ab eo salutē per fidem, ut fides nostra non sit per se autor salutis, sed organon, quo salus à Christo accipitur.

Solus Christus est persona illa, propter quam homines consequuntur iusticiam coram Deo, & uitam eternam.

Fides in Iesum Christum est organon, quo apprehenditur Christus: & quo is qui credit, inseritur Christo: Christus fit noster, et nos Christi. Si Christus noster est, & nos Christi, tunc omnia bona Christi nostra sunt: ex omnia mala nostra, bonitate Christi absorbentur. Christi perfecti perfecta iusticia, sanctitas & fœlicitas, nostra est.

Christus accipitur et inseritur nobis per fidem.

Eatenus ergo dicimur per fidem iustificari, non quod fides in Christum per se sit opus tantæ dignitatis, ut merito suo iustificet nos coram Deo: sed quod accipiat Christum, propter quem solum reputamur coram Deo iusti, & adoptamur in filios a bæredes Dei.

Sic patriarchæ, prophetæ, & omnes pīj, fide in Christum consecuti sunt iusticiā & salutem.

Credentes in Christū consequuntur bona cœlestia & perpetua, quae sunt: uita æterna, remissio

70

peccatorum, adoptio in filios & haeredes Dei,  
iusticia coram Deo, spiritus sanctus, liberatio &  
conseruatio in morte.

Iustificamur solo Christo, & sola fide, qua  
Christum suscipimus: immo potius ab ipso suscipi-  
murus, & ipsi incorporamur.

Qui habet Christum fide, habet in Christo  
iusticiam, uitam ueram, & felicitatem.

Qui in Christum credit, possidet totam iusti-  
ciam Christi, quae est longe omnium perfectissi-  
ma & absolutissima.

Solus Christus est uera lux, est nostra recon-  
ciliatio, est nostra perfecta iusticia.

Iesus Christus donat omnibus in ipsum cre-  
dentibus totam suam iusticiam, ut possint ea in  
iudicio Dei confidere, ac de ipsa uerè gloriari:  
& qui donatus est iusticia Christi, is habet in  
Christo non solum sufficientiam, sed etiam abun-  
dantiam iusticie.

Remissio peccatorum & iusticia coram Deo  
acquiritur per fidem, propter solum Christum.  
Conseruantur autem per gratitudinem, per obe-  
dientiam, per fructus fidei, per opera charitatis.  
Qui enim liberalis est in pauperes, eos iuuat ex  
fide propter Christum, is conseruat & retinet  
secum Christum. Vbi autem manet Christus, ibi  
manet etiam remissio peccatorum & iusticia.  
Contrà

Contrà qui crudelis est in pauperes, nec adiu-  
nat eos, is repellit à se Christum, quem ante per-  
fidem acceperat.

Christus non solum sua persona iustus est, sed  
etiam iustificat omnes in ipsum credētes, adeo -  
que confert in eos iusticiam. Quotquot enim in  
Christum credunt, reputantur coram Deo tam  
iusti propter Christum, quam si totam legē per-  
fētē impleuissent.

Christus est saluator, qui adserit credentibus in  
ipsum, reconciliationem, & pacificationem cum  
Deo, liberationem à Sathanā & morte, ac perpe-  
tuam uitam & fœlicitatē, uictoriā super mortē.

Nemo potest habere Deum uerè propitium,  
nisi per Christum, et propter Christū. Nemo po-  
test misericordiā Dei uerè cognoscere, & ea ue-  
rē confidere, nisi per Christū, et propter Chri-  
stū: uidelicet si crediderit, quod solus Christus  
sit reconciliatio, iusticia, & redemptio nostra.

Omnia Christi bona ad nos pertinent, &  
nos in Christo possidemus perpetuam iusticiam  
& salutem.

Cum igitur audis, quod Christus sit in nobis,  
& nos in Christo, quæso te considera, quid sit  
Christus, & quid nos simus: ut & cognoscas,  
quanta beneficia à Christo accipiamus.

Quid enim est Christus? Perfecta iusticia est.

72

uita, salus, et fœlicitas. Quare cum Christus est  
in nobis, erunt proœctio & haec omnia ita in no-  
bis, ut de ipsis in iudicio Dei gloriari audea-  
mus, &c.

Ioan. 16. Christus qui uadit ad patrem, hoc est, mori-  
tur, resurgit, et sedet ad dextram Dei, est iustitia  
nostra: nec est alia, qua possumus seruari. Is enim  
imperauit nobis ueram coram Deo iusticiam, ut  
omnis qui credit in eum, & si adhuc peccatum  
habet, tamen reputetur propter Christum co-  
ram tribunali Dei iustus, & fiat hæres omnium  
cœlestium bonorum. qui hac iusticia caret, iniu-  
stus est coram Deo, &c.

Omnia quæ pater habet, mea sunt. Pater ha-  
bet æternam iusticiam: Ergo et Christus eam ha-  
bet. Si Christus eam habet, habemus & nos eam,  
quotquot in Christum credimus, & cohæredes  
eius sumus. Quare si iudicium peccati contur-  
bat conscientiam nostram, confidendum est iu-  
sticia Dei æterna, quæ nostra propter Chri-  
stum facta est.

Iusticia uera est, remissio iniusticie nostræ, per  
fidem in Christum.

Iusticia perfecta, tantum est in Christo.

Vera iusticia quæ coram Deo iustificat, est,  
audire Euangelium Christi, & credere quod  
propter Christū consequamur remissionē pecca-  
torum,

torū, & uitā æternā. Hec fides, quia Christū suscipit, suscipit etiā ueram & perfectam iusticiā, que est Christus, ut per ipsum constemus in iudicio Dei.

Duplex est iusticia: Una coram Deo, per fidem in Christum: Altera coram hominibus, per honestatem uite.

Iusticia est duplex: Altera est legis, seu operū: Altera est fidei, que est remissio & condonatio iniusticie. Ad hanc parandam præcipue duo requiruntur. Prius est, agnitus peccatorum: postea est, fides in Iesum Christum.

Iusticia est duplex, quæ utraq; à lege requiriatur. Altera est ciuilis, quæ constat inter amicos: ut diligere amicum, benefacere amico: quæ iusticia ciuilis per se eximia uirtus est, & necessaria, quam Christus non damnat. Altera iusticia est spiritualis, quæ est misericordia Dei erga nos.

### Doctor Urbanus Regius.

Nos eramus iniusti omnes, tanquam omnis iusticie expertes: ut necesse fuerit mitti nobis aliquæ tanta iusticia prædictum, ut diuinæ iusticie pro nobis satisfaceret: nosq; ueram iusticiam docere, & cordibus nostris inscribere & indere eam posset.

Ils est Iesus Christus ille Dei filius, in cuius ore non est inuentus dolus, omnis ille iusticie au-

e s thor, &

et hor, et ueræ iusticiæ expressissimum exemplar,  
imò ipsissima et uerißima iusticia.

Is nos summo iure sua illa iusticia à satanæ  
tyrannica potestate et omnib. iniurijs redemit,  
eumq; Deus uocauit, ut et nos ueræ iusticiæ do-  
ceret: nec doceret tantum, sed et donaret. Extra  
enim eum nulla usquam est iusticia.

Idem D. Urbanus Regius.

Vox iustus, non intelligi debet in dicto Z4.  
chariae prophetæ cap. 9. de severa exactaq; iu-  
sticia, qua malos et praefractos iudicat et pu-  
nit. Summa hæc iusticia miseris peccatores nos  
malè sibi consciens miserè terret, mœstitudinem  
et acerrimos angores adfert, ad desperationem  
urget, neq; quicquam minus quam gaudium, e-  
xultationes aut iubila parit.

Sed scriptura solet Christum uocare iu-  
stum, consolandi gratia, tam in ueteri quam no-  
uo Testamento. Nam solus inter cunctos homi-  
nes iustus et innocens est: et tam innocens et  
iustus, ut per eum solum nos coram Deo iusti et  
innocentes reputemur.

Per nos ipsos, aut per nostra opera à peccatis  
nos liberari et iustificari non possumus: sed iusti-  
ficamur per solâ gratiâ Christi, et fidê Christi,  
qua in scripturis sacris uocatur Dei iusticia: hoc  
est, qua coram Deo iusti reputamur, quam Deus  
in nobis

in nobis operatur, cum nos ipse per spiritum suum  
iustos & innoeentes reddit.

Idem D. Urbanus Regius.

Hic frater charissime animum erige: ut maxi-  
mè peccator sis, non est quòd ideo desponeas  
animum: sed confitere, & agnosce te coram  
Christo peccatorem, Christi misericordiam  
implora, ueniam pete, & crede Christum u-  
nicum esse seruatorem, Christum esse salu-  
tem & iusticiam tuam, & erit continuò tua,  
tegej; & abolebit omnia peccata tua, ut ni-  
hil tibi metuendum sit inde uel periculi, uel  
damni.

D. Vuolfgangus Musculus.

Christus est ipsissima iustitia & uita, est  
rex noster, & sacerdos, filius Dei unigeni-  
tus, uera ad salutem uia, unicus redemptor &  
reconciliator, mediator inter Deum & homi-  
nes, unicus doctor & pastor, per quem in co-  
gnitione diuinæ uoluntatis uenitur, solus paterno  
rum secretorum cōscius, unica nostra salus, una cū  
Deo patre cōssentia à patre genitus: tamē nunquā  
ab eo separatus, separatur à reliquis filijs Dei, an-  
gelice naturæ dignitatem excedit: uerum pa-  
scha, bonorum omnium thesaurus, Dominus &  
dator cœlestium donorum ac uirtutū: lux uera,  
illuminans

illuminans cæcos mente: solus est lux mundi, sola  
ad patrem uia, uita, & fons uitæ: qui etsi ex uir-  
tute & efficacia Euangeli cognoscitur, tamen  
sinc fide non recipitur.

Idem D. Vuolf. Musculus.

Iusticia Dei nonnunquam ab Apostolo ea di-  
citur, non qua ipse iustus sit, sed qua nos in Chri-  
sto per fidem iustos reddit. Sicut salus Dei uoca-  
tur, non qua ille saluus sit, sed qua nos ab illo ser-  
uamur. Sicut & uocatio Dei, non qua ille, sed  
qua nos ab eo uocamur.

Iusticia Dei nihil aliud est, quam singularis  
quædam bonitas, benignitas, gratia & misericor-  
dia Dei, qua nos liberat à peccatis nostris per  
suam gratiam.

Nemo in se usque adeò iustus est, ut propria  
sua iusticia in iudicio Dei consistere possit. Pro-  
inde opus est, ut Christi iusticia conseruemur,  
ne in iudicium inducamur, qui peccato primi Ad-  
ecidimus. Sic Apostolus 1. Corinth. 1. Christum  
nobis à Deo iusticiam factum esse dicit. Et Rom.  
3. Per unius obedientiā iusti cōstituentur multi.

Iusti sumus non propter fidei dignitatē in se,  
sed propter bonitatem Dei fide apprehensam.

Rectè dicitur, fidem se habere correlatiuē ad  
bonitatem Dei, tanquam ad obiectum: atq; ideo  
quod fides iustificare dicitur, nihil esse aliud  
quam

quām si bonitatē Dei iustificare dicimus. Haud itaq; putandum est, quod propter fidei dignitatem in se iusti simus, sed quod propter bonitatem Dei fide apprehensam iusti reputemur.

Et ob hāc causam Apostolus fidei iustificationem coram Deo tribuit, que nihil est aliud quām peccatorum remissio, parta per sanguinem Christi.

Vnde liberamur à iudicio Dei? Per fidem. Io.  
3. Ergo fides est, quæ gratiæ Christi participes nos reddit, et à iudicio liberat.

Iustificat itaq; fides in Christum, ob id quod gratiam Dei mundo in Christo oblatam, grato animo apprehendit.

Fides autem Christianorum non in hoc duntur taxat consistit, ut credamus hunc Iesum esse filium Dei: sed ut certa salutis fiducia ac sibi tanquam unico seruatore pendeamus, ipsum cruci affixum nostræ salutis gratia. Hæc est fides electorum, hæc est quæ iustificat impios, quæ à iudicio Dei & merita condemnatione liberat, gratiam Dei apprehendit, conscientias pacatas reddit, & securas uitam æternam accipit, & corda nostræ repurgat: & per dilectionem ad facienda bona opera, per operationem spiritus sancti, secunda reddit.

Abraham firmiter credidit Deo promittenti,  
& eius-

**E**t eiusmodi fides est illi loco iusticie imputatio:  
hoc est, ob eam fidem iustus est à Deo reputatus,  
et ab omnibus delictis absolutus.

Fides iustificans est, qua credimus in Deum,  
qui iustificat impium.

Abraham fide iusticiam adeptus est coram  
Deo, idq; imputatione.

D. Martinus Bucerus.

Quām nudus sit mundus uera iusticia, tunc  
demum planè apparuit, quando uera iusticia  
Dei per Euangelion ubique reuelata fuit, iu-  
sticia de qua lex testata est et prophetæ, iusti-  
cia quæ per fidē Iesu Christi peruenit in omnes  
credentes: Rom. 3.

Christus inquit: Hæc est iusticia, quia uado  
ad patrem. Vocat se uiam ad patrem. Via utiq;  
ad patrem est, quia per eum solum ad patrem  
peruenire, hoc est, iusticiam et salutem conse-  
qui possumus. Veritas est, quia per ipsum ueri-  
tas facta est, id est, uera iusticia omnibus contin-  
git. Vita est, quia solus uiuiscat, ut æternū  
et beatè uiuamus.

Idem Mart. Bucerus.

Christus ipse agnoscetur Ichouah esse, et iusti-  
cia nostra, hoc est, is per quē iusti apud Deū cēse-  
mur, et solida iusticia donamur. Vnde Paulus de-  
to scribit ad Corinth, Factus est nobis sapiētia à  
Deo,

Deo iusticia, sanctificatio & redēptio: 1. Cor. 1.  
 Iusticia Dei, qua iustificamur & saluamur, est  
 Dei opus & donum, qua se Deus ipse nobis iu-  
 stum, id est, bonum, & se dignè, hoc est, benefa-  
 cientem exhibit: potissimum quidem in eo, quod  
 largitur spiritum, qui nos iusticiæ studio incen-  
 dit: sed etiam cum alias suis benignè adest, & ab  
 hostibus vindicat.

Hæc inquam iusticia Dei, seu bonitas, siue be-  
 neficentia Dei, qua nos iustos & censet, pecca-  
 ta condonando: & efficit tandem spiritu nos ue-  
 ræ iusticiæ adflando.

Hæc inquam iusticia reuelatur in Euangeliō, pa-  
 lam exhibetur, immò hanc Dei iusticiæ Euangeliū  
 unicè prædicat: cumq; datur illi fidem habere, e-  
 tiam exhibet. Exhibit aut̄ electis per Christum,  
 hoc est, donat Deus in se credentibus, dum & i-  
 pso iusticiæ participes facit.

Per Euangeliū ergo reuelatur & exhibetur  
 iusticia Dei, qua Deus iustus & iustificās, se no-  
 bis iustū præstat, qua nos ornat, seruat, & beat.

nec n̄ Euangeliū namq; cum renunciat & offert  
 Dei iusticiam, hanc Dei bonitatem, qua nobis  
 peccata remittere, & spiritum iusticiæ largiri  
 dignatur, nihil quam fidem poscit: quam ut habe-  
 re ei datur, iam iusticia ista Dei, nostri ser-  
 matrix, nobis exhibita est, uerēq; ea fruimur.

Itaq; ius-

Itaq*z* iusticia Dei est, qua nos liberat à peccatis nostris per suam gratiam: est summa Dei bonitas & misericordia, qua peccatis nostris ignoscit, qua nos induit, qua nos seruat, ac ita bonos & iustos reddit.

Et haec est iusticia Christi, que peccatores conseruat, & fide fit nostra iusticia: & qua nobis opus est, ut conseruemur, ne in iudicium inducamur, qui peccato primi Adæ cecidimus: sed ad consecutionem iusticie & gratie Dei opus est uera poenitentia, & resipiscientia.

Est alia Dei iusticia iudicaria, peccatores puniens, ad quam uenient impij: qua, de impietate illorum poena sumetur, sed ad bonitatem Dei non uenient: Psal. 69. Appone iniuriam super iniuriam eorum, & non ueniant ad iusticiā tuā.

D. Otto Brunfelsius.

Quod autem Christus dicit, Quia uado ad patrem: significat, quia ego regnare coepi, per regnum Christi reuelatur iniusticia nostra. Solus enim Christus iustus, immo ipsa iusticia est.

D. Vdalricus Zinglius.

In Ioan. Arguet Spiritus sanctus, in prædicatione Apostolorum, iusticiam: hoc est, ostendet iusticiam operum & legis, qua fidebant, non esse iusticiam ueram, nec posse constare coram Deo: & simul ostendet, Christum solum esse ueram iusticiam, que

que apud Deū ualeat, et quæ nos ad Deū ducit.

In hoc enim ad patrem uadit, ut certum & evidens præbeat argumentum, ac se ostendat esse iusticiam, quæ credētibus uitam ad Deum aperit. Qui ergo iusticia operum abnegata, Christum suam iusticiam esse credit, is Spiritu sancto est illustratus & doctus. Spiritus sanctus docet, Christum in hoc uenisse in mundum, rursusq; ascendiisse in cœlum, ut secum ad patrem ducat omnes in se credentes. Sic iusticia Dei palam fit per Evangelium. Rom. 1.

Quod si quis hunc spiritum Christi non habet, quo certò agnoscat & profiteatur se Deo per Christum reconciliatum: item quo credat, Christum esse suam iusticiam, salutem & uitam, is non est Christi. Is enim adhuc in suam iusticiam, sapientiam, opera & merita confidit.

Idem in epistola Pauli ad Corinthios: Qui 1. Cor. 1. factus est nobis à Deo iustitia. Nam dum omnes iniusti eramus, nullaq; ad iusticiam nobis uia pateret, factus est nostra iusticia coram Deo. Per eum enim iusticie Dei satisfit, dum scilicet sese pro nobis patri offert hostiam, per hunc nobis aditus est ad Deum.

Hoc autem ideo factum est, ne nos aut sapientie nostræ, aut iusticie fidamus unquam: sed à divina sapientia disceremus, quid factio esset opus:

diuinæ iusticiæ inniteremur, quum iusticia no-  
stra panno menstrui sit impurior.

Philip.3. Idem in epistolam Pauli ad Philip. Duplicem  
esse iusticiam, legis & Dei, Paulus ubiq; docet.  
Dei aut Christi iusticia est, quod Christus iustus  
pro nobis iniustis mortuus est & satisfecit, &  
nos nocentes innocentia sua absoluit, ac patri  
reconciliauit.

Atque hæc iusticia Christi & innocentia no-  
stra facta est per fidem, quæ fides ex solo spiritu  
Dei est, à nulla re creata: qua iusticia & nos iusti-  
coram Deo sumus, ac reputamur.

Iusticia ergo Christianorum est, in Christianis  
fidere, illiq; insitum esse. Et nemo suis operibus,  
sua iusticia, suis meritis iustificatur: sed omnes  
iustificantur gratis, per illius gratiam, quam ex-  
hibuit Deus, dum filium suum in redemptionem  
nostræ dedit. Nam illa gratia & redemptio no-  
bis manifestata est per Christū, qui ex gratia Dei  
nobis datus est reconciliator & seruator, ut scilicet  
esset nostra iusticia, ut qui solus est iustus, &  
iustificat omnem eum qui ei fideit.

D. Heinrychus Bullingerus.

In Lucam, Relinquitur ergo indubitatum, Christum Iesu  
sum esse uniuersalis seu catholicæ ecclesiæ uer-  
ram & unicam iusticiam, sanctificationem, purifi-  
cationem, salutem & uitam. In solo enim Chri-  
stio est

Pro est salus & iusticia, & sanctificatio & ui-  
ta eterna. In Ipsomet inquam Christo Iesu, si-  
cet Paulus inquit: Qui factus est nobis iusticia.

Est autem duplex iusticia. Alia quidem fi- In Matth.  
dei, qua uidelicet Christi merito per fidem no-  
biscum communicata, iustificamur: id est, remis-  
sionem peccatorum consequimur, hæredes q; ef-  
ficimur uitæ eternæ. Alia uero, quæ ex fide e-  
nascitur. Nam iustus ex fide uiuit. Porro iustus  
operatur iusticiam, sicut Ioannes ait. At hæc  
iusticia omnis generis uirtutes complectitur,  
temperantiam, patientiam, charitatem, siue be-  
neficientiam.

Duplex est iusticia: Alia pharisaica ac falsa,  
quæ oritur ex uitiato & adulterino sensu legis,  
qua nemo coram Deo iustificatur. Alia est iusti-  
cia diuina, uera & Christiana; nempe Christus  
est iusticia Christianorum, & communicat hic  
nobiscum iusticiam suam per fidem. Vnde Aposto-  
li appellarunt etiā fidem, iusticiā Christianorū.

Simul autem per fidem datur nobis spiritus Chri-  
sti, quo regeneramur. Regenerati uero, operan-  
tur opera filiorum Dei, ambulantes in charitate.

Euincit Deus sua lege, omnes homines pecca-  
to obnoxios, egere gratia Dei, & iustificatione  
Christi: qui solus iustus, impollutus ac purus est,  
suamq; nobis iusticiam per fidem communicat,

quo nomine Apostoli fidem appellant et iusticiam nostram, et perfectionem legis.

Rursus qui uerè in Dominū Iesum Christum credunt fide uiua, curant ac conantur ut puri ac sancti sint spiritu, anima et corpore.

Iustificat nos Iesus Christus Dominus noster: id est, absoluīt et liberos pronūciat à peccato, morte et dānatione, ac hæredes efficit uitæ æternæ.

Nam ideo morte condemnatus est, ut peccata nostra expiat, ne propter ipsa morti ad iudicaremur: sed liberati à morte et diabolo, participes efficeremur uitæ æternæ, per gratiam et redēptionem illius.

Et fides quidem, qua in illum credimus, applicat nobis istam iusticiam et redēptionē. Nam qui credit in filium Dei, uitam habet in seipso: qui non credit, uitam non habet. Est enim Christus uera et unica uita ac iusticia fidelium, cuius iusticia nobis applicatur per fidem. Et neq; iustitia, neq; fides tribuenda est nostris uiribus, sed merē Dei gratiæ, gratuitoq; Dei dono.

Iustificamur gratuitō, ex gratia patris, per filium nos beatificantis.

Iustificamur, siue beatificamur, credentes, gratia cœlesti. Fides beat, et iustificat.

Iustificamur fide in Christum traditum.

Fides iustificat et absoluīt à dānatione, et efficit nos hæredes uitæ æternæ.

Iustificatio est ipsa redēptio, assertio & trās-latio à morte ad uitam.

Iusticia est absolutio & remissio peccatorum.

Iusti sunt, quibus peccata remissa sunt: quiq; à morte liberati, hæredes facti sunt uitæ æternæ.

Iustificatio est absolutio à peccatis, & libera-tio à damnatione, redemptio & remissio pecca-torum, ipsaq; adeò peccatoris in gratiam Dei & uitæ hæreditatem adoptio.

Coram Deo nō iustificatur ulla caro: iustifica-mur aut̄ per Christū fide, seu fiducia in Christum.

Idem est cum dicimus, nos fide, uel per fidē iu-stificari: item, Christū per fidē iustificare: signi-ficantes, Christum communicare nobis iusticiam suam: id est, remittere peccata nostra, liberare à condemnatione, confortesq; facere uitæ æternæ, ex gratia & merito proprio propter fidem.

Idem est cum dicimus, Gratia Dei iustifica-mur: Per Iesum Christum, uel merito Christi iu-stificamur: Fide in Dominū Iesum iustificamur.

Idem cum dicimus, Deum, gratiā Dei, Chri-stum, & fidem iustificare: Per gratiā, per Chri-stum, per fidem iustificamur: Sola fide propter Christum iustificamur: Sola fide iustificamur, fi-des innititur misericordiæ Dei per Christū: Gra-tia Dei iustificamur per fidem: Fides appre-hendit gratiam: Christus iustificat, & item fides.

Fides in Christum purgat, expiat, iustificat,  
iuuificat & absolvit: id est, participes nos facie  
Christi, qui est iusticia, uita & redēptio nostra.

Absolutio, purificatio, iustificatio, & salus  
nostra est ex merito Christi: adeoq; Christus est  
nostra iusticia, redemptio & uita.

Hec est solida et certa doctrina ecclesiae de ue  
rai iusticia Christianorū, qui recōciliantur Deo,  
ac iustificātur gratis per abitū Christi ad patrē:  
iustificati uero, Deū colunt spiritu & ueritate.

Iusticia & uita obuenit nobis per gratiā Dei  
in Christo Iesu: hic est redemptio, iusticia, sanctifi  
catione, salus, remissio peccatorum.

Iustificamur mera Christi iusticia, per fidem.  
Hec autem est uera, uiua & solida fides, qua  
indubitatē credimus, Deū patrē propter Chri  
stū nobis bene uelle, & placatū esse: adeoq; Chri  
stum suam iusticiā nobiscum cōmunicare, satisfa  
ctionem & uitam, ut illa iam sint nostra.

Ita per fidem applicatur nobis meritum Chri  
sti, & conceditur uita ēterna: per fidem iustifi  
canur à peccatis.

### Summa:

Hec uera & Christiana iustificandi ratio,  
non est ab ullo homine inuenta, sed ab ipso iusti  
ficante Christo tradita: nempe quod alieno, non  
nostro merito, alienaq; iusticia, Christi uidelicet,  
iustitia

Iustificemur per fidem. Deus enim nos iustos re-  
putat propter Christum, & fide id recipimus.

Christus est nostra uita, iusticia & redēptio,  
satisfactio atq; sanctificatio: nos illud fide percipi-  
mus, & per fidē Christo inserimur. fide noster  
fit Christus, cum bonis & gratijs suis, ut uiuat  
ipse in nobis, & nos in eo.

Iustificamur gratis, per gratiā & misericor-  
diam Dei gratuitam, non propter uila nostra uel  
precedentia uel sequentia opera uel merita, sed  
ex mera Dei nativaq; bonitate.

Christus Iesus uerus Deus & homo est unica  
iusticia, hostia & satisfactio.

Iusticia orbis Christus, per fidem.

Christus est uirorum iustissimus.

Iusticia que corā Deo ualeat, est iusticia fidei:  
hoc est, Christi agni immaculati, qui per fidem  
nobiscum omnia communicat.

Iustificare impium, solius Dei opus est.

Iustificamur non meritis nostris, sed Dei  
gratia.

Misericordia Dei, non merita nostra iustifi-  
cant. Est enim iusticia Dei gratuita.

De dicto Esaiæ:

In cognitione sui iustificabit iustus seruus  
raeus multos, & iniquitates eorū ipse portabit.

Hisce uerbis exponitur, quid sit iustificari, ni-

mīrum à peccatis absolui. Nam quid aliud est  
portare peccata, quàm expiare peccata? Chri-  
stus enim suo corpore dependit peccatorum no-  
strorū pœnas, id quod fide percipimus. Ideo re-  
tē inquit Esa'ias: In cognitione sui iustificabit  
multos. Nam cognitio Christi, fides. At fide iu-  
stificamur. Fides ea donum Dei est, quod in cor-  
dibus docet, quid nobis à Deo in Christo serua-  
tore datum sit: remissio scilicet peccatorum, con-  
scientia tranquilla, & certa spes uitæ æternæ.

Iustificatio est absolutio, peccatorū remissio,  
tranquilla cōscientia, & certa spes uitæ æternæ.

Christus author gratie & iusticie.

Duplex iusticia: Una est legis, altera est fidei:  
Vna est Dei, altera est propria.

Iusticia Dei est Christus.

Iusticia Dei fides est in Christum Iesum, qui  
legem impleuit, & nos patri reconciliavit: qui  
in hunc credit, iustus est.

Iusticia à solo Deo proficiuntur. solus enim  
Deus iustus, sanctus & uerax sit: nos omnes pec-  
catores. Ideo Deus iustificat eos, qui omnem fidu-  
ciam in ipsum per filium collocant.

Et cum dicimus, fidem in Christum esse no-  
stram iusticiam: nihil aliud dicimus, quàm ipsum  
Christum Iesum Dei filium, cui fidimus, esse ue-  
ram pīj hominis iusticiam.

Iusti-

Iustificatio, atq; ad eò iusticia, refertur tā ad Deum, quām ad homines qui absoluuntur: estq; absolution à peccatis, liberatio itē uel redēptio à iudicio uel condemnatione, approbatio aut receptio in gratiam, adoptio ue in numerum filiorū Dei: qua scilicet Deus ipse propter Christum peccata remittit, à condemnatione redimit, et in filios adoptat, ac pro iustis agnoscit: qua denique homines per fidē ista recipiunt, id est, firmiter credunt, se à peccatis et condemnatione absolui, filiosq; Dei, et participes omnium bonorum, precepit autem iusticiæ Christi, fieri.

Iustus est, quisquis à Deo propter Christum per fidem consecutus est remissionem peccatorum, adoptatusq; in filium, particeps est bonorum, adeoq; iustus ac hæres Dei, cohæres autem Iesu Christi.

Iusticia est remissio peccatorum, redemptio à condemnatione, adoptio et beatificatio, adeoq;  
Et iusticia ac uitæ, qua Christus in nobis uiuit, et nos in ipso uiuimus.

Iustus est, qui purgatus à peccatis, filius Dei  
Et hæres omnium bonorum Dei est.

#### FORMA TRADENDI IV- stificationem.

Ante omnia Deus est considerandus, qui gra-  
f s tia

Et sua homines iustificat & saluat.

2 Deinde occurrit Christus, per quem nobis gratia Dei aperitur, uel qui nobis misericordia Dei promeruit, & propter quem iustificamur & saluamur.

3 Tertio loco accedit fides uera, qua & Deo innittimur, & Christum complectimur, participesque Dei & Christi reddimur.

4 Postremò exuberat Christiana illa fides in omnis generis bona opera, quibus se illa exerit atque declarat.

5 Est ergo primaria causa iustificationis Deus, qui nos iustificat & saluat, totumque iustificationis negocium perficit per filium, in uirtute Sancti spiritus. Deus enim gratia sua nos iustificat & saluat, sed propter Christum redemptorem, quem fide amplectimur, siue recipimus: ex qua deinceps enascuntur opera iusticie, que appella mus opera bona.

Deus morbos nostros sanat, sed per medicum Christum: cuius quidem pharmacum & medicinam nisi receperimus, sanitati nunquam restituemur. at sanitatem sequuntur opera sana.

Deus nos iustificat propter Christum, per fidem, que mox exuberat in bona opera.

Q V AE

QVAE PATER COELE-  
stis in Christo nobis  
dederit.

Sacra scriptura ubique testatur, Christum Iesum, uerum Deum et hominem, unicam esse totius orbis iusticiam: illum esse thronum gratiae, hostiam uel victimam, propitiationem uel satisfactionem, aut redemptionem sanctificationemque reconciliationem item ac pacem nostram.

Qui uidelicet, quod lex praestare non poterat, ipse nobis praetitit: qui tradito corpore suo in mortem, nobis bona illa testamento Dei legata parauerit: qui item morte mortem, et cum qui mortis habebat imperium, uicerit, abo leueritque.

Sed et sua resurrectione uitam nobis reparauit: qui denique effuso sanguine suo innoxio, peccatum expiauerit, remiseritque, et iusticiam et vitam contulerit omnibus credentibus.

Ideoque unus sit unica et aeterna totius ecclesie iusticia, uita et salus.

Epilogus.

Deus propter Christum iustificat, id est, absolvit a peccatis et condemnatione legis, inferorumque efficitque iustos et heredes uite aeternae. Quoniam enim diuinae satisfecit legi, iusticiaque placatum

placatum iam habemus patrem, qui nobis peccatum nostrum non imputat: sed iusticiam Christi nobis imputat, ut ea iam nostra sit, ipseque in nobis uiuat Christus, & nos in ipso.

Liquidò ergo apparet, omnes sanctos patres ab initio mundi propter Christum esse à Deo iustificatos: adeoque Christum uerum deum & hominem fuisse & esse iusticiam, redemptionem, et sanctificationem omnium fidelium.

Confitemur ergo, Deum nos iustificare propter Christū, et hunc esse iusticiā nostrā, quippe qui sit redēptio nostra, qui legisatisfecit, et in quenam sunt imposita peccata nostra, quae ipse sanguine suo abluit, morte expiavit, ac in uniuersum, ne noceant sustulit: nosterque factus, suam nobis confert iusticiam, ut in ipso iam simus iustificati, iusticiam uitamque eius in nobis habentes.

D.Ioannes Caluinus.

Iusticiam hic intellige, quae nobis per Christi gratiam communicatur. eam Christus statuit in suo ad patrem ascensu, nec immerbito. Quemadmodum enim, teste Paulo, resurrexit propter iustificationem nostram: ita nunc ad dexteram patris sedet, ut quicquid illi datum est potestatis exerceat, & sic impleat omnia.

Denique è gloria cœlesti iusticie sue odore mundum perfundit. Spiritus autem per Evangelium

lium pronunciat, hunc unum esse modum, quo iusti censemur. Ideo à conuictione peccati secundus hic gradus est, ut conuincat Spiritus mundum, quæ nam uera sit iusticia: Nempe Christus, qui suo in cœlum ascensu uitæ regnum constituit, & nunc sedet ad patris dexteram, ut ueram iusticiam stabilitat.

Iusti sumus, quod Deū nobis in Christo propteritum esse credimus.

Iustificamur sola Dei misericordia, per fidem in Christum.

Iustificamur in Christo, sola Dei misericordia.

Iustificatur fide, qui gratuita peccatorum remissione coram Deo purgatus est.

Iustitia est remissio peccatorum, que est gratuita, & fit nostra per fidem in Christum.

Sumus iusti in Christo, non quia operibus proprijs satis faciamus iudicio Dei, sed quoniam censemur iusti Christi iusticia, quam fide induimus, ut nostra fiat. Christi enim iusticia accepta nobis fertur fide, cuius participatio est summum bonum, qua Christi iusticia nunquam uestimur, nisi propriæ iusticie confidentia exuti.

Iusticia offertur per Euangelium, fide percipitur.

Sola Dei misericordia per fidem in Christum iustificamur,

Iusticia.

Iusticia Dei est, quæ apud Dei tribunal approbatur, et quæ à Deo nobis donatur, quæ in Euangelio reuelatur, et per Euangelium offeratur, et accipitur fide, et operatur in credentibus efficaciter, et quæ sola nos ab interitu liberat.

Iustificatio in Christo residet, per fidem uero apprehenditur.

Christus ut solus iustus est, ita suam iusticiam in nos transferendo, iustos nos reddit.

Iusticia fidei, est iusticia Christi.

Vt ergo iustificemur, causa efficiens est misericordia Dei, Christus materia, uerbum cum fide instrumentum. Quare fides iustificare dicitur, quia instrumentum est recipiendi Christi, in quo nobis communicatur iusticia.

Postquam facti sumus Christi participes, non ipsi solum iusti sumus, sed opera nostra iusta reputantur coram Deo: propterea scilicet, quia quicquid est in illis imperfectionis, obliteratur Christi sanguine.

### BREVIS FORMVLA TRA- dendi iustificatio- nem.

Quoniam hominibus in sensibili aliud restat,  
nisi ut in slo Dei iudicio confusi pereant.

<sup>2</sup> Ideo

Ideo gratis eius misericordia iustificantur. 2  
Succurrerit enim Christus huic miseriæ, ac sefi 3  
de libis communicat.

Vt in seipso inueniant omnia quæ illis defunt. 4  
Iusticia fidei est, si credimus Christū esse mor-  
tuum pro peccatis nostris: Rom. 10.

Homines iusti sunt ob communicationem iu-  
sticie. Deus uero, quia fons iusticie est, ab effe-  
ctu iustus uocatur. Ex communicatione iusti-  
cie salus & uita est.

Idem testantur concionatores Nurn-  
bergenses, in libello ad Rupertum  
a Moisham.

Sed nihil clarius dici potest, quam quod Pau-  
lus dicit 1. Corinth. 1. Christus factus est nobis sa-  
pientia à Deo, & iustitia, &c. Nam si Christus  
est iusticia nostra, & nos Christum nullo opere,  
sed sola fide apprehendimus, manifestum est,  
quod sola fide iustificamur, non operibus.

D. Thomas Venatorius in libel-  
lo contra Ioannem Ha-  
nerum.

Nos cum Apostolo Paulo, Christum prædicā-  
mus iusticiam nostram: neq; aliam in oculis Dei  
ponimus iusticiam, quam Christū, qui factus est  
nobis à Deo iusticia, per quē fide apprehensum  
contingit nobis & salus & uita æterna.

Non enim sibi ipsi duntaxat iustus est Christus: sed & uniuersos qui ipsum fide apprehendunt, iusticiæ suæ reddit participes. per Christum enim recipimus omnia que alioqui in Adam amissimus, iustitiam, innocentiam, uitam: immo per fidem in Christo apprehendimus reconciliatiō nem.

Nos oculos mentis nostræ ab uniuersa lege, prorsusq; ab uniuersa renouatione illa, in unam & solam promissionem Dei, & Christum insuper nostrum, defigimus. Ideoq; confidimus, propter unum Christum reputari nos iustos, & acceptos in oculis Dei. Hoc est quod dicimus, sola fide iusti sumus: non quia fides nouitas quædam in nobis est, sed quia apprehendit Christum, cuius beneficio & nos sumus accepti.

Iterum dico: Non dilectio, non ullum aliud opus iustificat in oculis Dei, sed sola fides: non quia est perfectio quæda in nobis, sed quia Christum possidet.

Docemus, sola fide iustificari nos apud Deum, & nullis præterea alijs operibus. Itaq; propter unum Christum, quem fides nostra apprehendit, iusti habemur apud Deum.

Cæterum fieri potest, ut fideles haud infre-  
quenter nullas omnino fidei qualitates, nullam  
charitatem in cordibus suis sentire queant, neq;  
tamen

tamen ob eam statim causam desperant: sed potius loco uniuersarum illarum fidei qualitatum, ipsum reponunt cum bonis suis Christum, dicentes cum fiducia: Hic est iusticia nostra, hic est quin nos eripit à maledictione legis, in hoc unde habemus uniuersas promissiones Dei completas. Ipse enim est uia nostra, ueritas & uita.

Et hæc utique in nobis nullo modo esse querant, ubi extra nos manscrit Christus, qui in nobis debet esse, in nobis uiuere, loqui & manere: cui sit laus & gloria, in omnia secula, Amen.

Idem Thomas Venatorius in suo  
commentario Psalmorū:

Psalmo 5. Domine deduc me in iusticia tua, &c.

Hec intellige de iusticia, quia nos iusti reddimus per fidem ex gratia. sicut dicitur: Iustus ex fide uiuet. Vocatur autem Dei iusticia, quia gratia illius donatur. Dei enim donum est: Eph. 2.

Sic dicimus opus Dei esse, quod in nobis operatur Deus. Sic uerbum Dei, quod per nos predicatur. Sic uirtutes Dei, quas ipse in nobis operatur.

Psalmo 21. Annunciant cœli iustitiam eius, &c.

Non iusticiam operum aut legis predicabunt, sed suam iusticiam, fidei scilicet. Esa. 53.  
In noticia sua iustificabit seruus meus multos.  
Ideo 1. Corinlh. 1. Christus factus nobis à Deo  
iustitia.

Psalmo 30. In iusticia tua libera me.

Hoc quid aliud est, nisi misericordia Dei, qua  
iusti reputamur, non propter merita nostra, sed  
propter unum Christum: qui non tam iustus est,  
quam etiam iusticia nostra. 1. Corinth. 1. Ideo  
de ea dicitur Esa. 53. In scientia sua. Et idem  
Hiere. 23. Et hoc est nomen, quo uocabunt cum,  
Dominus iustus noster, siue iusticia nostra. Si-  
ne hac iusticia nemo iustus est in oculis Dei: Psal-  
mo 142. Non iustificabitur in conspectu Dei o-  
mnis uiuens.

Psalmo 35. Iusticia tua sicut montes Dei.

Fides enim quæ est iusticia nostra, nullis no-  
stris meritis datur, sed tantum misericordia.  
Eph. 3. Dei donum est, non ex operibus, ne quis  
glorietur. Et hæc iusticia est sicut montes altissimi,  
immobilis & constans scilicet: Matth. 16.  
Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.  
Et sicut alieno peccato perieramus, ita aliena  
iusticia ut uiuamus, egemus. Vnde de Christo  
1. Cor. 1. Qui factus est nobis à Deo iustitia.  
Psalmo

*Psalmus 39. Iusticiam tuam non abscondi in corde meo.*

*Iusticia Dei dicitur fides nostra, quia est donum Dei. Et quia iustus ex fide uiuit. Quia autem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; ideo dicit, Iusticiam tuam non abscondi in corde meo. Nostra enim iusticia Deus est per Christum, modò hoc credamus. Et iusticia Dei est, quia nos Deus iustos facit, quando nos iustificat ab impietate et iniquitate nostra, dato spiritu sancto. Igitur Christus sola fide à nobis apprehensus, est nobis iusticia Dei coram Deo. Et sic propter Christum fide susceptum, sumus iusti coram Deo, et filii Dei.*

*Psalmus 71. In iusticia tua libera me.*

*Non in mea. Quare? quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in conspectu Dei. Rom. 3. Iusticia uero Dei per fidem Iesu Christi in omnes, et super omnes eos qui credunt, et ceteri.*

*Ideo 1. Corinth. 1. Christus factus est nobis à Deo iustitia. Et Esa. 53. In scientia sua, et ceteri. Itaque ait, In tua iusticia: quia ecclesia electorum credit in eum qui iustificat impium. ideo fides eius deputabitur ei ad iustitiam: Roman. 4. Hec autem fides, quia donum est Dei, merito et Dei et nostra uocatur.*

g 2 D. Ioannes

D. Ioannes Oecolampadius.

*Fides in Christum non est ociosa: sanctificat enim, & iustos nos reddit.*

*Iusticia primitiva redit per Christum.*

*Omnis nostra iusticia est in Christo, qui solus iustus est, in quo propitiatus nobis factus est ac placatus pater.*

*Christus ipse iustus Dei seruus, ualens etiam alios reddere iustos, est nostra iusticia, & iniquitates portauit pro eis satis faciendo: qui factus est peccatum, ut liberaret nos à peccato.*

*Si igitur fidem & ueram illam scientia habetis, quod Christus nostra est iusticia: si hoc docet uos unitio, quod Christus innocens & iustus etiam pro nobis intercedit apud patrem, scitote, quod et uos iusti esse debeat, et satagit ut sitis.*

*Iusticia Dei est, que gratis iustificat impium, absq; operum respectu.*

*Iusticia Dei est etiam iudicium Dei, quo animaduertit in noxios.*

*Iusticia Dei est etiam, qua ipsem est sua iusticia.*

*Iusticia Dei est, que gratis iustificat impium, absq; operum respectu.*

*Deus amicus est credulis, iratus incredulis.*

*Iusticia Dei est, dum gratis per Christum nobis peccata condonat.*

Mirari

Mirari posses, quare iusticia Dei dicatur, cum sit indulgentissima misericordia? Causa hæc est, quia innititur promissionibus. Iusti autem est, præstare promissa. Et quia Deus promisit salutem per filium, & non per opera nostra, rectè iusticia dicitur. Præterea iusticia est, cōfugientem ad se suscipere. In iusticiæ autem foret, & iniquitatis, non suscipere.

Iusticia Dei, dicitur iusticia Dei, quia Deus promisit se remissum peccata per Christum.

Iusticia Dei in præsenti tempore, est remissio peccatorum per Christum.

Iusticia Dei in futuro tēpore post hanc uitam, est, ut unicuique tribuat secundum opera sua.

Iusticia Dei patet per Euangeliū, cum declarat Deum iustum esse, dum præstat per Christum credentibus, quicquid olim patribus & propheticis promiserat.

Deinde dum gratis iustificat impiū, id est, per solam fidem, sine omnibus operibus, peccata doceat, & iusticiam confert, nō ut nitamus iusticiæ nostræ, quæ est tanquam pannus mulieris mēstruo polluta, sed illi quam Deus per Christū præstat.

Iusticia Dei, quam Deus confert, & qua ille iustificat, Christus est: per cuius unius fidem credentes ex impijs Deus iustos facit, sine ullo operum & meritorum adminiculo.

*1827115*

Iusticia Dei est, fides in Christū: & cum cre-  
dimus promissione, qua per Christum salus mun-  
do promissa est, iustificamur.

Ita Bugenhagius definit fidem:


Fidem esse, qua credimus, Christum corā Deo  
patre esse iusticiam nostram, sanctificationē, &  
redemptionem, uitam eternam: & qui nos libe-  
ret à lege, peccato & morte, cōstituatq; sub gra-  
tia: & faciat ut agnoscamus, inuocemusq; patrē.

Item cum scribit fidem esse fiduciā, qua Chri-  
stum apprehendimus in conscientia coram Deo,  
& in Christo patrem.

Iustificamur corā Deo una Dei iusticia in Chri-  
sto, una Christi nobis cōmunicata iusticia, una i-  
gnoscēte nobis peccata nostra Dei misericordia.  
Sola iusticia Christi freui, in iudicio Dei sub-  
sistimus.

Docemus ergo, nos iustificationē, que est re-  
missio peccatorum, et assumptio in numerū filio-  
rum Dei, nullo nostro merito, sed ex sola Dei  
gratuita misericordia, fide in Christum  
percipere, eamq; fidem salutem in  
Christo apprehendere.

F I N I S.



OCN 1323568808